









H-I-23



CONCIONES

Dr. IACOBI
SCOEPPERI PRESBY-
TERI, ELEGANTI STILO, FA-
CILIQVE CONSCRIPTAE METHODO,
*in Epistolas & Euangelia, quae se-
rijs Sanctorum in Ecclesia
Catholica reci-
tanuntur.*

PARS AESTIVALIS

Multis iam aucta Concionibus.



COLONIÆ

Apud Iacobum Soterem.

M. D. LXI.

1000 A.D. - C

FERIIS PHILIPPI PI ET IACOBI APOSTOLO.

RVM, IN EPISTOLAM CON-
CIO PRIMA.

Stabant iuſti in magna conſtanſia,

Sapient. V.



Ac Leclio docemur, quod sit diſſimilatio
crimen inter piorū & impiorum
vitam, inter horū quoq; & illo-
rum finem. Pij in hoc mundo va-
tij circumaguntur, exerceturq;
tentationib;, molestijs, tristitij,
afflictionibus, miserijs. Spectacu-
la sunt mundo & angelis, omnium periplemata &
reiecula. Tota die morti destinantur, non fecus
atq; oues abducuntur ad occisionem. Impij contrā
hic summa ſiuuntur pace, tranquillitate, letitia, vo-
luptate, & omnium rerum bteuiter abundantia. Hi
adeo non affiguntur vñquam, vt ab omnibus etiam
maxima vi defendantur. Imnō vñq; adeo rei um po-
tiuntur paſſim, vt nemo illis, ſi maximē velit, poſit
vini inſerre. Quemadmodum vero vtrorumq; vita
inæqualis eſt, ſic diſpar quoq; exitus. Pij enim, quum
præiens vita transiſſa fuerit, ſtabunt in magna co-
ſtantia aduersus impios, connumerabuntur inter fi-
lios & sanctos Dei, donabuntur æterna pace, fruen-
tur gaudijs cœleſtibus. In ſumma, miceror illorum
vertetur in latitiam, in opis in diuſtias, miseria in
voluptatem, afflictio in gloriam.

At impios diuerſissima ſors manebit. Ipoſiū nam-
que paſ momentanea vertetur in turbationem ſem-
piternam, tranquillitas breuis in æternam deſtru-
ctionem, labilis luctus in perenne tristitiam, vo-

luptas

luptas fluxa in miseriā perpetuā. Tum agnoscēt pios, sed serō: sum pœnitēbit eos impietatis, sed nūmis serō. Hoc iam nos dīscrimen probē obseruemus fratres, expendamus vtrorumq; vitam, vtrorumque mortem, finem ac p̄z̄m̄. Sed ita expendamus, vt meminerimus nos alterutram partem sequi oportere, velimus nolimus. Nihil enim est tertium.

Si iam hīc coram mundo pacificē, tranquille, lētē ac volūptuose viuere animus sit, non est quod pertenus nos coram Deo substitueros in iustorum numero. Nam dicit aperte Psalmista, Psalm. 1. Non resurgent impij in iudicio, neq; peccatores in concilio iustorum. Sin coram Deo consistere velimus, inq; iustorum referri catalogum, in mūlo afflictiones, doles, tristitias, morbos, paupertatē, miseras patiamur necesse est: necesse est inquam. Quemadmodum enim luceni necessariō comitatur vmbra, sic quoq; necessariō pietatem sequitur afflictio. Act. 14. 2. Timoth. 3.

Nunc electio penes nos stat, vtri parti adhærere velimus. Vtrinq; gaudium, vtrinq; contrā moror. Verum si consultum nostræ volumus saluti, eligamus momentaneam afflictionem, vt consequamur gloriā eternā: eligamus breuiuscum laetitiam, vt adipiscamur gaudium sempiternum: eligamus miseriā temporaneam, vt voluptatem nanciscamur nunquam finiendam.

Amplif. rep. & hortar.

IN EANDEM CONCIO SECUNDA.

Anno 46.

EA est humanæ rationis indoles, vt semper vel ex felicitate vel ex infelicitate metiatur hominē. Veluti, quando videt aliquem hīc varijs calamitatibus

bui, morbis, paupertate, afflictione torqueri, statim iudicat, illum esse improbum, peccatorem, & a Deo reiectum. Iuxta quem nimis modum olim lobum amici sui peccati propter afflictionē insimulabant. Contrā, quando aliquem conspicatur prospera valetudine, felici successu, amplis diutijis, preclaris honoribus, magnaq; existimatione præditum, illum mox probum, iustum, & verē Dei electum censet. Ex hoc tum iudicio venit, ut pīj improbi, improbi pīj habeantur. Quo profectō iudicio nihil peius excogitari potest: iuxta illud Esaię, Vz qui bonū nālū, & malū bonū dicūt. Ne igitur & nos in persuasōnem hanc falsam labamur, porroq; decipiamur, docet h̄c Lectio, illos q; hic propter miseras infelices estimantur, verē esse felices: contrā qui hic propter successum luculentiorē habentur felices, prorsus infelices esse. Quanquam autem hoc ipsum in Mundo non appareat nec videri posst, apparebit rāmen manifestissime in mundi fine. Nam tum (vti hic Sapiens inquit) stabunt iusti in maxima fiducia aduersus eos, qui illos angustiauerunt, tum qui ante tanquam impropria & stulti deridebant, inter filios Dei connumerabuntur: tum ē contrario, qui omnium habebantur præstantissimi confidentissimiq; turbabuntur timore horribili, præ angustia spiritus gement, & semetipſos insaniz accusabunt. Non emur hic itaq; primō, ne quem iuxta externa vel bona vel mala iudicemus: deinde, vt ipsi lubeatis in hoc mundo propter Deum & pietate habeamur improbi & insani, quō post æternū latititia inenarrabilis potiamur.

IN EANDEM CONCIO

TERTIA.

AAA 3 Verba

VEiba hæc Sapientis nulla alia de causa in his-
ce S. Apostolorum Philippi & Jacobi ferijs le-
guntur, quam quod iij (que in admodum & sancti a-
lii) huiusmodi omnino consecuti sint finein, qua-
leam ea in iustis describunt. Alioquin enim in genere
conueniunt illa pīs omnibus, ut & impios omnes
perstringunt contrā quam acerrimè. Hoc nimirum
in mundo varia incomoda excipere oportet, velu
ti impīj e contrario omnem suam egregie explet in
illos libidinem. Verūm ultimus utroquinq; finis lon-
gè aliis erit. Qui enim hic angustiantur propter iu-
sticiā, nunc (hoc est, in iudicio) in constantia seu fidu-
cia consistunt maxima: qui hic tuis immitiō exu-
antur bonis, tunc aeternis ditabuntur: qui hic impīj
habentur (pro libidine ipsorum) vel derisi vel im-
properio, tunc summo in honore habebuntur: qui
denique hic censentur impīj ac Dei hostes, compu-
tabuntur tunc inter filios Dei, interq; Dei sanctos,
piissimosque sors illorum erit. At contrā, qui hic
angustiarunt pīos, tum præ angustia spiritus ge-
ment, timebuntq; sibi adiuvium: qui hic aliorum
pauperunt labore, tum bonis omnibus delituentur:
qui hic & derident & opprobrijs afficiunt pīos, tum
vicissim deridebuntur ac confundentur aeternūm:
qui hic deniq; se se venditant pro sanctissimis, ali-
osq; præ se condement, tum in numero filiorū Be-
nehal ac impiorum deprehendentur. Si confutum igi-
etur nos saluti nostræ cupimus, ne simus in impioiu-
tyrannorumq; fidalstro, quantumlibet iij hic bene-
habeat: simus vero in pīorum seu iustorū commer-
cio, quantumlibet hi opprimantur, affliganturque
hic. Longè enī pīstat, hoc in mundo ad tempus
modicum angustari, spoliari, derideri, ac damnari
quam illic torquere aeternūm.

FERIIS PHILIPPI ET IACOBI
APOSTOLORVM, IN EPISTOLAM
CONCIO PRIMA.

Dixit Iesus Discipulis suis. Ne turbetur cor vestrum. Crescetis in Deum, &c. Ioan. XIII.

In signis consolatio in afflictionibus hoc Euangelio continetur. Estò, hæc propositio summaria. In afflictionibus non esse turbandum, hoc est, despondendum animum & diffidendum, sed Christo vni uestiote Deo confidendum constanter. Sic enim Dominus inquit: Non turbetur cor vestrum neque formideret, crudeliter Deum, & in me credite. Hoccine verò efficax argumentum? Maximè, hoc nanq; syllogismo utitur: Qui cunque se se concredit Deo, si fidei suæ consequitur fructum. Scriptura enim dicit, Quicunq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Credite igitur & vos mihi, meq; uestiote Deo nitimini: Ita certo fidei vestre consequimini fructum, hoc est, tuti eritis & seruabimini. Si autem seruabimini, non est quòd ab ulti lo vobis metuatis aut consternamini animo. Mone mur itaque & nos hic, ne propter afflictiones, morbos, paupertatem, exilium, aduersitates, pusillanimes reddamur, aut de Domini in nos amore desperemus, sed ut potius obduremus, ac Christo commit tamus omnia nostra, persuasi quòd citra ipsius aue voluntatem aut permissionem nihil nobis infortunij incommodare possit. Verum quia ea est carnis nostræ imbecillitas, ut aut nunqua aut vix quidpiam lubentes patiamur, nisi peculiare insigneq; aliquod emolumentum inde ad nos redditurum sciamus: *pro* circa statim Dominus eximijs promissionibus tuorū animos confirmat, redditq; alacritis. Ita nā, porrò ait: In domo patris mei mansones multæ sunt. *Si* minas

6. PER. PHIL. ET IACQ. APOL.

dimissem vobis, quia rado parare vobis locum. Et si abiecto &
 preparavero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad
 me ipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis. En, æquo & forti ani-
 mo afflictiones tolerantibus tum multæ tum æter-
 næ mansiones in domo Dei patris paratæ sunt. Et
 quemadmodum hic in terris afflictionibus Christi
 communicauerunt, sic & communicabunt ipsius
 gloria in cœlis. Hoc igitur loco etiam nos mone-
 mur, vt si non obdurare velimus propter Domini
 præceptum, saltem patientes simus propter tanta pre-
 mia nobis reseruata. Nemio autem existimabit, sua
 aut tormenta aut merita tanta esse, vt ijs præmia cœ-
 lestia debeantur. Nequaquam. Hæc enim à Christo
 præparata nobis & promissa gratuito sunt. Sed non
 tamen contingent, nisi laborantibus. Cæterum vt
 Domino & suadenti obediamus & pollicenti creda-
 mus æquè omnis, explicat porro, qualis ac quan-
 quis ipse existat. Ad hunc dicit modum: Ego sum via, ve-
 ritas, & vita: nemo venit ad patrem nisi per me. Si cognovistessi
 me, & patrem meum usque cognovissetis. Qui vides me, vidi
 det ex patrem. Verba que ego loquor vobis, à me ipso non los-
 auer. Pater autem in me manens, ipse facit opera &c. Ecce,
 hic noster antesignanus ac princeps inilitæ tantus
 est, vt meritò ipsi morem geramus, oponio iure cre-
 damus. Quicunque hunc sequitur ducem, nunquam
 aberrabit. Est enim ipsissima via. Quicunque huic
 credit, failletur nunquam. Ipsissima namque est veri-
 tas. Quicunque iuxta huius præscriptum viuit, nun-
 quam incidet in mortem. Nam est ipsissima vita. In
 summa, ipse unicus cœli ianitor est, ipse patri cons-
 substantialis & per omnia coequalis est, proindeque
 Deus verus. Monemur hic ergo, vt hunc rectâ sequa-
 mur per dextram & sinistrâ, per ignominiam & bonam
 famam, per gaudia & tristitia, per mortem & vitam.

IN IDEM CONCIO

SECUNDA.

IN Evangelio Dominicæ proximæ docuit nos in-
ter cætera Christus, vt ipsemet paſſurus eſſet, ſic
& nos in iſum credentes eſſe paſſuros. In hoc vero
Evangelio commodū ac conſequenter nos docet,
quo paſto in afflictionibus noſmet gerere, quibus
item conſolationibus animos intermi erigere & re-
ſocillare debeamus: niſirum, quòd non debeamus
turbari, ſed iſi conſtanter fidere, & æternas illas
mansiones fide ſemper intueui. Cæterū quòd ſingu-
la hæc & melius à nobis intelligantur & fixiū ani-
mis noſtis inhærent, iſum Evangelij conſectum
paucis ordine expendemus.

Sic ergo Dominus inquit: Ne turbetur eorū reſtrum.
Creditis in Deum, & in me crediti. Vehementer admo-
dum perculsi erant animo Apoſtoli, quòd audiſſent
& Dominum abiturum, & Petrum negaturum iſu-
sum ter eadem nocte. Colligebam enim hinc, pro-
celloſiſumam futuram tempeſtatem, metuebamq;
& ſele in negationem eam laſſuros, perituruſque
Dominum. Fuit autem turbatio huiusmodi ſignum
incredulitatis, quòd ſcilicet addubitatarent de per-
ſona & oſſicio Christi, hunc niſirum vere eſſe Deum,
& per crucem ei pertingendum eſſe ad gloriam. De-
hortatur itaque illos Dominus à turbatione illa
concepta, hortaturque contrà ad firmam in ſe fi-
dem. Quaſi dicat: ſi nudus homo eſſem, merito tine-
retis & milii & vobis. Nam tum mihi manendum eſ-
ſet in morte, nec ego vos in tempeſtate futura con-
firmare poſſem. At iam nō eſt quod turbemini. nam
ſimul & verus ſum Deus, ideoque nec ipſe in morte
mauſurus ſum, neque vos relinquare orphaños.

XXX. PHILE. ET IACO. APOST.

Credite ergo in me, mihi confidite, me nitamini: non secus aut minus, atque in ipsius Deum patrem confiditis. Tantum de sensu verborum Christi. Nam quod nos attinet, doceatur hic, non desperandum nobis esse, quando nobis Dominusabit, hoc est, quando affligimur, nec illa interim appetit spes aut liberatio: sed certo statuendum, quod ille non relicturus nos sit, quod nobiscum futurus sit in tribulatione, quod nos sit liberatus tandem maximo cum fructu. In summa, fides fortissimus clypeus est in cruce, & per hanc perturbationes quaque facile vincere possumus.

Sequitur: In domo patris mei mansiones multe sunt. Quod si secus esset, dixisset: rado paratus vobis locum. Et si abiero ad parandum vobis locum, iterum veniam, & assumam vos ad me ipsam, ut ubi sum, & vos sitis: & quod ego rado, sum, & viam feci. Quemadmodum Christus in praecedentibus discipulos suos premunijt fide sub cruce: ita hic consolatur eos gaudio illo ineffabili, quod crucem certo sequetur: monetque, ut semper in afflictionibus suis sole certitudine coelestium mansionum consolentur. Sic ergo & nos, quoties exerceamur adversis, cogitare, certoque statuere debemus, in domo Patris seu in celo multas esse mansiones, easque nobis certo paratas esse, & quidem has tam esse spacious ac gloriolas, ut non dignae paresne ipsis sint omnes afflictiones huius temporis. Rom. 8.

Verum hic questio oritur: nempe, si paratae fuerint coelestes mansiones ante Christi aduentum, quorū ergo iste venerit, & quomodo ipse suo abitu parauebit locum? Respond. sunt quidem paratae mansiones illæ electis, antequam etiam mundi fundamenta iacerentur, sed in solo Christo, per solum Christum, & propter solum Christum, ideoque non potuit ap-

riti ianua , & aditus ad eas , nisi Christus eisdem & sua doctrina ostenderet , & suo abitu referaret . Non est enim virium humanarum accedere ad Deum , ad-
scendere in cœlum , iustificari & saluari : sed solius
Christi hoc opus esset . Quia vero huius vnius opus
est , docemur , quando audimus nostris & bonis ope-
ribus & afflictionibus promitti cœlestes mansiones ,
non ob id has nostri meritis adscribendas esse , sed
soli Christo , & huius abitui .

Sequitur : Dicit et Thomas : Domine nesciunus quo vadai , ex
quemodo possumus viam scire ? Dicit et Iesus : Ego sum via , veri-
tas , & vita . Nemo venit ad patrem , nisi per me . Si cognosceris
me , & patrem meum utique cognosceris . Et nunc cognosceris
eum , & nescies eum . Obiectio hec Thomæ occasiōnem
inde sumplit , quod dixerat Dominus , scire discipu-
los , quod ipse vaderet , & viam etiam illos scire . Hoc
igitur vrsunq; negat Thomas , scire nimurum se-
que locum neq; viam , quod & qua vasurus ille esset ;
sed prodit hic insigniter suam ignorantiam & car-
nalitatem . Nam satis , superque in tot concionibus
audierat , ad patrem cœlestem iturum Dominum , &
non per alium quam per ipsum unum venire posse
quempiam ad gloriam , dominumq; patris : & nihilo-
minus tamen ignorantia laborat , audetq; Dominum
quodammodo mendaci arguere . Verum docemur
nos hinc , quam profunda sit ignorantia nostra in re-
bus Dei & ad Christi regnum pertinentibus : consola-
tionem quoq; hinc (& inde p̄ assertum , quod Christ^o
tam leniter & pacienter fert Thomæ iniurias , ipsumq;
ad meliora instruit) haurimus , ne scilicet illicò de-
spondeamus animum . nosque reieクト a Deo esse pu-
temus , si quando in fide titubauerimus , nos non ita-
tim operibus & verbo Dei accommodauerimus per
omnia , modo tamē in istis nos finim^o , & parati sim^o
meliora

meliora amplecti. Præter hæc vero & ad gratiarum actionem hic excitari debemus, quod scilicet Domini n̄i Thomani sic hallucinari perniserit, ut nos solidiora, apertioraque fidei nostræ in ipsum fundamenta ex ipsius responsione ad Thomam consequemur. Nam in hac eadem respōsione longe evidenter explicat, se unicum esse saluatorem, & extra se non esse salutem: se inquam esse viam unicam ad patrem, per quem solum iustitiam & salutem consequamur: se esse veritatem, qui & ipse natura verax sit & nos veraces faciat, extra quem omnia sint mendacia ac vanitas: se esse vitam, qui solus sit immortalitatis fons, qui solus vivificet, & æternâ vita nos donet: in summa, se esse omnia in omnibus.

Sequitur: Dicit ei Philippus: Dominus, ostende nobis patrem, & suffici nobis. Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobis sum, & non cognovisistis me? Philippus, qui videt me, videt & patrem. Quomodo ergo tu dicas: Ostende nobis patrem? Non credes, quod ego in patre sum, & pater in me? Verba que ego loquor vobis, a me ipso non loquer. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Credite mihi, quod ego in patre sum, & pater in me. Alioquin propter ipsa facta credite mihi. Hic & Philippus, ut Thomas antea ingenij sui crassitatem exerit. Non vult enim fide & Christi verbo esse contentus, sed certo sentire & cernere vult res creditas. Item solum Patrem cupit, excluso interim Christo, in quo solo innotescit Deus pater. Ansam autem absurdè huius suæ petitionis ex responsione Christi ad Thomam hausit. Ibi nanque in fine dixit Dominus: Et nunc cognoscitis Patrem, & vidistis eum. Quasi dicit Philippus: Ais Domino, visum & cognitum nobis esse Patrem: Verum hunc adeo non vidimus, ut nihil vehementius desideremus, quam ipsum videare. Hoc itaque nolium desiderium imple quælo.

Ceterum & hic Dominus imperia Philippi huius
dei nostrorum Christianorum consuluit. Nam hinc tum-
psit occasione in de sua diuina natura pleniū dicen-
di docetque, ut in persona alius est à patre, ita se ip-
sa substantia prolsus unum esse cum Patre: item
se expressissimam esse patris imaginem, ut per quem
solum innotescat & natura & voluntas patris suam
quoque & patris operationem esse induviduam, ita
ut suum verbum sit patris verbum, & patris verbum
contrà suum: patris opera esse operasua, & sua vi-
cissim esse opera patris. Valeant igitur, qui vel ex
patre & filio unani constituunt personam, vel duas
substantias. Duæ nimirum sunt discretæ personæ,
sed unius eiusdemque ambo (vt & Spiritus sanctus)
substantiae sunt.

Sequitur: ~~Amemus~~ disco vobis, qui credit in me, quae
ego facio, & ipse faciet: & maior ahi faciet, quia ego van-
do ad Patrem. Et quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam.
Explicit hactenus Dominus, quid de se nobis sen-
tiendum ac credendum sit: nimirum, quod sit Deus,
Dei filius, Patri per omnia æqualis & unius cum ipso
substantiæ, via ad Patrem, veritas in promissis, vita
in præmio, ac (breuiter) omnia in omnibus. Nunc ve-
rò & fidei seu credentium fructus porro recenset at-
que proponit. Hic est autem sensus verborum. Qua-
ni dicat Dominus: Qui me excipit vt Deum, & certò
statuit apud se me esse salutem mundi, viam unicam
ad Patrem, unum cum Patre, & extra me neque salu-
tem neque Patris cognitionem esse: huic credenti
nihil impossibile erit, vincet mundum, faciet iusti-
tiam, stabit in aduersis, & certò certius saluabitur.
Sed unde fides tantam fortitudinem efficiat? A Christo
nempe, per orationem in nomine eius: quicquid e-
ius credentes petunt in oratione, in nomine Christi,
hoc

Quia, hoc est, fiducia virtutis, & meritorum eius, id Christus faciet & donabit ipsis. Humanitate quidem, interpellat pro nobis, & apud patrem petit nobis impetrat: Divinitate vero, ipsemet facit & largitur petita non minus quam ipse Pater. Propterea felicet tam signanter hic dicit: Ego faciam: ut certi simus, eandem esse ipsis potentiam, quam Pater habet. In summa, Iesus Christus verus est & homo & Deus: huic debemus & per hunc nobis donatur, ut credamus, ut bona operemur, ut in aduersis persistemus, ut exaudiemus, ut denique veniamus ad Patrem & saluemus. Hunc igitur agnoscamus, hunc veneremus, hoc nitamur, hunc diligamus, huic adhæreamus, hunc sequamur: immo, ut omnia haec feliciter nobis adsint, oremus & Patrem & ipsum, in nomine ipsius.

IN IDEM CONCIO TERTIA.

ANON 17. IN hoc Euangelio consolatus est Dominus Iesus Apostolorum multipliciter turbatos. Audierat ij immediatè ex Domini verbis, ipsum dira supplicia & mortem acerbissimam iam iam passurum, ac Petrum interim una, eademq; nocte ter ipsum negaturum. Ob hoc nimirum ut unque mitum in modum turbati erant: primo enim ægerium serebant Christi recelum, incipiebantq; adhæc de ipsis persona ac dignitate subdubitare: deinde vero cogitabant etiam apud se, maximam futuram tempestatem & tentationem sibi, quum Apostolorum etiam fortissimus brevissimo tempore ter illum negaturus esset.

Quum igitur sic vndequaque turbati essent, consolatus est eos Dominus præsentis Euangelij verbis, redorauitque animos illorum contra turbationem huius-

huiusmodi. Non exegit ab illis, ne natura & caro ipsorum turbaretur: sed, ne turbareretur corda eorum, hoc est, ne omnino desperarent, neve cordis fidem penitus abijerent. Ut vero fortius armaret illos contra huiusmodi cordis turbationem, contra unamquamque turbationis caussam peculiare illis reliquit antidotum. Contra illud quidem, quod de ipsis persona ac diuinitate dubitare coepерant, præmuniuit illos fide seu fiducia in se: *Creditis (inquit) in Deum & in me credite.* Quasi dicat: Etsi per afflictiones & morteni aestimabor, videborque, quasi nudus sum homo, & à Deo derelictus: sum tamen reuera, ac manebo perinde verus Deus, Deique patris filius charissimus. Ut igitur in ipsum Deum patrem creditis, ita & in me constanter credite, neque mea mors (ut quæ nihil diuinitati meæ detrahet) ab hac vosfide abducat.

Iam contra secundam turbationis caussam, quod nempe a grè ferebant Domini absentiam, recessumque, prætinuit eos maximo recessus sui fructu. In domo (inquit) Patris mei mansiones multæ sunt. Quod si secundus esset, dixisset vobis, vado paratus vobis locum. Quasi dicat: Ne a grè feratis, quod mea præsentia carituri aliquandiu sitis, quodq; ex mundo abeam ad Patrem. Nam magno id vestri commodo fiet: regnum enim Patris mei, paratum vobis & omnibus electis ab exordio mundi, meo abitu, hoc est, morte & adscensione vobis reserabo, vosque eo dignos faciam. Ne vero de hoc fructu abitionis eius quis addubitarer, vocavit ipse sese viam, veritatemque & vitam, addidique, neminem venire posse ad patrem seu ad cœlestes mansiones, nisi per se unum: se enim esse in Patre, & Patrem in se.

Ceterum contra tertiam turbationis caussam,
quæ

quæ scilicet erat tempestatis, temptationisque ingru-
entis magnitudo, spe redditus sui Apostolos consola-
tus est Dominus: Iterum (inquit) veniam ad vos, et
mam vos ad meipsum, ut vbi sum, et vos seistis. Quasi di-
cat: Tametsi eò res redditur alit, ut (quemadmodum
dixi) Petrus ter me in vna nocte neget: & vos omnes
me reliquo fugiatis: non tamen ob id ego vos vel ab-
negabo vel relinquam, sed condonabo vobis hanc
noxam, inque huius verum testimonium reuisam
vos à resurrectione mea, ac tandem etiam ad man-
siones Patris mei ecclœstis asumam, ut ibi mecum si-
tis & gaudeteatis in æternū. Vide, sic consolatus Chri-
stus suos Apostolos, quim turbarentur.

Ceterum, ne putemus consolationes hasce ad so-
los pertinere Apostolos: certum est, & ad nos eam
pertinere. Estenim Christus (vt Paulus ait) seruator
et què omnium, & maxime fidelium. Debemus igitur
& ipsi admoneri hic, ne corda nostra turbulentur, si
quando durat tempora ingruant. Etiam si enim affi-
gamur, perinde tamen & erimus & manebimus filij
Dei: quemadmodum Christus etiam mansit Deus,
quamvis moreretur & affligeretur ut homo ac faci-
norosus. Vtris suo abitu nobis aditum ad cœlestes
mansiones fecit, sic & nos per multas afflictiones in-
trare ad eas oportet. Est enim omnino afflictio via
ad Dei regnum. In primis vero consolari nos sub cru-
ce debet, quod Christus sua passione ac morte affli-
ctiones nostras fecit leues & dulces, quodq; (etiam si
ad tempus à nobis recedat, hoc est, affligi nos sinat)
rediturus sit ad nos consolatione spiritus sui, nosq;
ad se in cœlestes mansiones alumpeurus, vbi om-
ne maculanti absterget ab oculis nostris, nosque
æternæ voluptatis torrente potabit. Atque ne quid
hic addubitemus, cogitemus, ipsum esse vtani, veri-
tatem

tatem & vitam, per ipsum solum veniendum esse ad Patrem, ipsum esse in Patre & Patrem in ipso: breuiter, ipsum & posse & velle nos consolari, nobis adesse, nos coronare.

FERIIS INVENTAE CRVCIS,

IN EPISTOLAM CON-

CIO PRIMA.

*Fratres. Confido de vobis in Domino, quod nihil aliud
sensuri sitis, &c. Galat. V. & VI.*

VT Lectionem hanc cum fructu capere possitis: Habetur
primo vobis dicam, cur eam Patres hodiernæ nō q̄si
festivitati peculiariter cōsecraverint: secundo, quis
principius eius sit scopus: tertio, quo pacto nos ea-
dem debeamus uti. Animaduertite itaq; diligenter;

Quod ad primum, nempe ordinationis occasiōnē,
attinet, scitis haud dubiē, omnes nos hodie inueni-
tæ crucis Domini nostri Iesu Christi solennem in
Ecclesia memoriam agere: in hac autem Lectione
Crucis subinde sit mentio. Ob id igitur eam præsen-
tis festo dedicarunt, vt ni mirum verbi ministris sub-
ministrarent ansam de Cruce dicendi. Verū Pau-
lus hic non loquitur de ligno illo Crucis, in quo
salus nostra pependit, sed de ipsa Christi passione
ac morte. Vtrum vero hoc patres sciuerint, an igno-
rauerint, non magnoperē laboramus. Parum enim
refert, quid quo tempore aut festo tractetur, si mo-
do pietati promouendæ, & ad sanam doctrinam ac-
commodum sit.

Quare iam nos occasione omissa, ad secundum;
hoc est, Lectionis huius eiusdem scopum genuinum
transibimus. Is itaque est, de discrimine verorum
Apostolorum & Pleudoapostolorum, docto: um &
seductorū, pastorū & luporum. Hi signis hjs

prædicti sunt, quod palpum auditoribus obtrudant, quod in illorum gloriuntur carne, quod externa somum opera & cæmonias vrgent, quod passionis Christi derogent merito, quod denique huc omnes suos eonatus dirigant, ne pati persequitiones cogantur. Tales videlicet erant, de quibus hic Paulus peculiariter agit.

Ceterum vero Apostoli, doctores, & pastores habent notas, quod neque in semetipsis neque in ideo alio gloriuntur, quam in cruce Domini nostri Iesu Christi, hoc est, quod unius Christi merito, iustitia, & redemptione, tanquam unica sua salutis causa, fidant ac nitantur, quodque in hoc gloriuntur, quod habeant digni ad contumelias atque afflictiones pro nomine Iesu sufferendas. Talis nimirum Paulus ipse fuit, & omnes Apostoli. Cur autem non sit Pseudoapostolorum more in carne & externis cæmonijs gloriandum, sed potius verorum Apostolorum exemplo in cruce Domini nostri Iesu Christi, & moriendum mundo, his verbis declarat noster Apostolus: In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid valet neque præputium: sed noua creatura. Quasi dicat: externus & carnalis cultus nos non commendabunt Deo, sed si illi probari velimus, spiritus nos propterea renouari oportet. Ut ipse enim spiritus est, sic quoque spiritu gaudet colli.

Quanquam iam ex his satis vobis huius Epistolæ usus constare potest, tamen quoniam pollicitus sum, me eum demonstraturum, promissis stabo. Hæc igitur doctrina hinc ad vos venit: Primo, quod nullis cæmonijs, operibus, aut creaturis, quantumvis etiam splendidis debeatis fidere, præterquam solius Christi morti, iustitiae, sapientie, sanctificationis, & meritis. Deinde, quod mori & crucifigi debeatis

beatis carni, mundo, peccatis, Sathanz, & fieri noua creature, hoc est, in nouitate vite ambulare, vivere sobriè, piè, castè, & iuste in hoc seculo. Sic certo futurum est, ut quemadmodum Paulus dicit, pax & misericordia Dei Israelis super vos maneat in æternum.

Repete, & hortare.

IN EANDEM CONCIO SECUNDA.

NHAC LECTIONE EPISTOLARI CERTÆ NOBIS NOTÆ PRO-
PONUNTUR, quibus queamus dinoscere adeoque
dilucnere vero Apostolos seu concionatores e fal-
sis & pseudodoctoribus, verum item Christi popu-
lum à pseudochristianis. Has autem omni studio dia-
scamus omneis in rem nostram.

Falsorum notam his verbis depingit ac commo-
strat Apostolus: *Quicunq; volunt iuxta faciem placere in
carne, cogunt vos circundidí, tantum ut crucis Christi per-
sequitionem non patientur. Neque enim qui circunciduntur,
legem custodiunt, sed volunt vos circuncidi, ut in carne restas
gloriantur. En, hoc falsorum doctorum proprium est,*
placere velle hominibus, vanam gloriam venari, &
externorum operum fiduciam docere. Quicunq; igi-
tur placita prædicant, suæ gloriæ student, & in aliud
fiduciam collocare docet quām in vnum Christum,
iij sunt pseudoapostoli, fures, & latrones. Quicunq;
item hos seductores & audiunt volentes & sectan-
tut, pseudo sunt Christiani.

Ceterum germanorum ac sincerorum notam sic
Paulus porro explicat. *Mihi autem (inquit) abfuit gloria
ni, nufi in cruce Domini nostri Iesu CHRISTI, per quem mihi
huius mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesus
neque circuncisio aliquid valet, neque prepucium, sed noua*

ANNE 46.

creature. Vide , hoc discernicolo dinoscuntur veri. Primo nulli placere student quām vni Christo, nullius gloriam venantur nisi ipsius : deinde in nihil aliud salutis ancoram & fiduciam collocari volente quām in crux Domini nostri Iesu Christi . Qui cunque ergo summam gloriam , summum lucrum testimoniū placere Christo , & hunc solum prædicante Saluatorem ac iustificatorem omnium , iij genuini sunt Concionatores , veri Apostoli . Quicunque etiam illos tunc audiunt tum pro virili imitantur , germani Christiani sunt.

Adplififica, repete & hortare.

IN EANDEM CONCIO TERTIA.

Anno 15 **I**N Epistola hac bis terū Crucis mentio fit : ob id videlicet ordinata ea est ad præsentes inuentę Crucis Christi ferias . Scopus autem eius præcipuus est , per strinctio damnatioq; Pseudoprophetarum , vi & meritis Crucis Christi sua falsa persuasione detrahentium : qui videlicet cūni multos alios , tum Galatas præsertim turpissimè seduxerant.

Hi sese Apostolos Christi simulabant , vt sic auctoritatem apud Christianos consequerentur : docebantque (quasi ex Christi iussu , contra veros Apostolos) quod nemo saluus fieri posset , nisi circumcisus & legem Mosaicam seruans : qua quidem doctrina adimiebat salutem omnem Christi morti , tribuebantque hanc operibus , meritisque humanis : id que adeò eum in finem , vt in aliorum carne gloriaarentur , & vt à persecutionibus omnibus Iudaicis immunes essent.

Verum Paulus sese his quām acerrimè opposuit
ubi quis;

vbiique dicitque hic , esse illos conturbatores ac la-
befactores veræ fidei : optatque ijsdem proin, vt ab-
scindantur : immò prædicti etiam , iudicium illos
certo portaturos , hoc est , damnatum iri in tene-
bras exteriores . Deinde verò adimit salutem om-
nem circuncisioni ac legi Mosaicæ , tribuitque eam
vnice cruci Domini nostri Iesu Christi , hoc est , eius
passioni mortique : in qua vna ille & omnem suam
gloriationem collocat . In hac iam Apostolica sen-
tentia & nos perpetuò esse , manereq; debemus , hoc
est , gloria: in sola cruce D O M I N I nostri Iesu
Christi , huicq; omnem vnicè & nostram & aliorum
salutem acceptam ferre . Neque enim est aliud no-
men sub celo datum nobis , in quo oporteat nos
saluos fieri . Act . 4.

Sed videamus interim , ne in gloriatione dunta-
xat ac fiducia crucis Christi imitemur Paulum : ve-
rum èò concendamus etiam , vt vere dicere cum il-
lo possumus : Per quem mundus mihi crucifixus est ,
mundo itemque , Viuo non iam ego , viuit verò in me
Christus . Galat 2 . Non enim statuendum est , si om-
nis omnium salus in vna cruce Domini nostri Iesu
Christi consistat , ergo nihil boni esse agendum , sed
indulgendum carni . Sed hoc contrà statuere nos o-
porteret , quando Christus & tanto nos pretio rede-
merit , & tantam omnino salutem sua passione , mor-
teque gratuito contulerit nobis , maximam decere
nos erga ipsum gratitudinem , ideoque mundo (hoc
est , Sathan & peccatis omnibus , a quibus il-
le nos adseruit) mortuos esse opor-
tere , ac iustitiae contrà vi-
uere per reliquum
tempus .

FER. INVEN. CRVCIS
FERIIS INVENTAE CRVCIS,
IN EVANGELIVM CON-
CIO PRIMA.

Erat autem homo ex Phariseis Nicodemus uomitus,
princeps Iudaorum, &c. Ioan. III.

Habitan **m 46.** **P**recipua cauſa, quut Euangelium hoc præſentiſt
festiuitatiſit dedicatū, eſt, quod hodie inueniā
crucis memoriam agamus, & quodd in fine eiusdem
Euangelij Dominus de cruce ſua dicat. Quare & nos
iam alijs omnibus in Trinitatis Dominicam dila-
tis, de ſolo Euangelij epilogo paululum agemus.
Sic autem iſ habet: Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcen-
dit ē cœlo, filius hominis, qui eſt in cœlo. Et ſicut Moſes exaltar-
uit ſerpentem in deferto, ſic & filium hominis exaltari oportet,
ut omnis — credit in iſu non pereat, ſed habeat viam e-
ternam. Prior huius Epilogi pars maximum incutie-
conſcientijs terrorem, posterior vero conſolatio-
nem ſunimam ad fert: prior in quaum cœlum nobis
præcludit, aſt posterior rurſum aperit. De priori di-
cemus prius. In ea audimus, neminem aſcendere in
cœlum poſſe, niſi filium hominis, hoc eſt, Iesum
Christum Mariæ filium. Inde iam neceſſario ſequi-
tur, ceteris omnibus adiutum præcludi, ac proinde
eternam damnationem eſe paratam. At cur ſolus
filius aſcendere potis eſt? Non ſolum ſane ob id,
quod ſit Dei filius ac proinde Deus ipſe cœlum ter-
ramque implens: verū etiam quod iuxta huma-
nam naturam nulli peccato ſit obnoxius, ſed om-
nem iuſtitiam abſolutiſimè perfecerit. Cur vero
nos aſcendere non poſſunus? quare nobis cœli oſti-
um præcluditur? Quia natura filii ſumus ira & pec-
cati, ſuntque omnes iuſtitie noſtre immundæ ve-
luti menſtrua mulieris pannus. Nullus autem in-
iuſtus

ympum ingredi poterit. Sic
latur: Hæc porta Domini, iusti
intrabunt per eam. Propterea igitur emanere cogi-
mur. Quis vero his poterit contradicere? Nemo sa-
nè. Nam præterquam quod Dominus omnes pro-
nunciarit peccatores, Roman.ii. Ipsimet etiam & sen-
tius & fateri cogimur, non habitare in nobis bo-
num, sed omnia vitorum genera. Sed quis hanc
Domini sententiam perpendens, non totus terrore
concutiatur? Quanta infelicitas est, æterna felicita-
te orbari? Immo quid miserius, quam cruciari æter-
num? Vbi iam sunt merita nostra? vbi iustitiae ope-
ra? Proflus euauerunt. Profectò si nihil aliud fue-
rit reliquum, si non alia spes affulserit, æternū in
damnatione manendum nobis erit. Cæterū nun-
igitur toti desperabimus? num omnino desponde-
bimus animum? Nequaquam. Non placet Domi-
no mors peccatorum, non vult perdere, quos con-
didit. Propterea donauit nobis eundem filium suum
Iesum Christum, ut per ipsum euaderemus damna-
tionem & cœlum ingredieremur, ut ipsius sanctitatem
nostra impietas, ipsius iustitia nostræ iniustitiae te-
gerentur. Verum ne Sathan, cuius per peccatum ca-
ptivi eramus, D E V M iniustitiae insimulare posset,
efficit, ut quemadmodum homo transgrediendo
in mortem Iapsus est ipse & omnes coniecit, sic &
homo, nempe filius suus, iustitiam implendo à mor-
te liberaret, & moriendo æternam vitam adduce-
ret: & quemadmodum ipse Sathan in ligno homi-
nem vicerat, sic & in ligno vinceretur viciissim:
quemadmodum item homo in ligni contactu pec-
cauerat, sic & in ligno peccata expiarentur. Hæc ve-
rò Christi beneficia non alia via nobis applicantur,
quam per fidem in illum. Veluti, si credimus ex

animo, ipsum nobis redim.
terram, hominem factum esse, &
bis obtulisse in crucis patibulo, omnia nobis pecca-
ta remittuntur, & ipse donat nos omnibus suis me-
ritis, iustitia, & sanctitate. Ihs autem testi, & in hac
fide subministrantes virtute, adiutus nobis regni cœ-
lorum patet.

Amplifica, repeate & hortare,

IN IDEM CONCIO

SECVND A.

AMM 50. **E**vangelium hodiernum non aliam ob causam
prælegitur, quam quod in fine eius de exaltatione
Christi ad ænei serpentis similitudinem fit mentio.
Nam hæc in cruce utique facta est, quemadmodum
& serpens ille æneus à Mose olim in ligno suspensus
fuit, quod nimis lignum crucis Dominicæ vera
extitit figura. Verum parum refert, quanam occasio
ne hoc idem Euangelium ad hodiernam festiuitatem
destinatum sit: hoc potius, immò solu, expendamus
obseruemusque, ecquid cum primis in eo nobis pro-
ponatur, quidue inde nobis veniat discendum. Etsi
autem & Dominica prima post Pentecosten publicè
en Ecclesia legatur, cui scilicet diei originaliter, pe-
culiariterque à Patribus assignatum est, ideoq; tum
euam nobis (siquidem vita comes fuerit) necessariò
erit explicandum, non grauabitur tamen de eo &
in præsentia nonnihil loqui, quantum præsertim id
veltra poscit utilitas.

Tria ergo præcipue capita in hoc eodem Euang-
elio nobis præfiguntur. Primum est, ecquid requi-
ratur in nobis, si velimus in regnum Dei introire
scu saluati. Secundum autem est, vnde seu à quo id
veniat,

10 idem cc.

Le his duntaxat tribus o. uiter simul & dilucide. Vos interim auditores charis-
simi, diligenter dictis appellite animum.

Primo quidem, ecquid in nobis ad regni Dei in-
troitum requiratur, id hisce verbis declarat Domi-
nus: Amen amen dico tibi, inquit ad Nicodemum, Niſi
quis renatus fuerit denuo seu è supernis, non potest videre re-
gnum Dei. Et rursum: Amen amen dico tibi, niſi quis renatus fu-
erit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei. His
ijsdem verbis damnat reiicitq; Christus primam no-
stram natuitatem, ynā cum omnibus ijs quæ ex hac
aceperimus: vrgetq; contrà renascentiæ, hoc est, mor-
tificationem carnis seu peccati, & renouationem spi-
ritus seu puritatem animæ. Caro & sanguis (inquit
Paulus 1. Corinth. 15.) regnum Dei non possidebut.
Et Apocal. 21. scribit Ioannes: Non introibit in eam
(portam cœli) aliquid coquinatum. Et Psalm. 118.
clamat Dauid: Hæc porta Domini, iusti introibunt
per eam.

Verum nos omnes iuxta primam seu carnalem na-
tuitatem sumus caro & sanguis, hoc est, peccatores,
coquinati, iniusti, impuri: idq; adeò, vt & omes iu-
sticie nostræ sint veluti pannus menstruatæ mulie-
ris. Consequitur ergo, nos, quando in prima natui-
tate hæremus & huius operibus, non posse possidero
regnum Dei, hoc est, saluari.

Si itaque introire in regnum Dei velimus, renascè
nos oportet ante omnia, hoc est, peccata mortificare
& renouare spiritum. Fit autem renascentia hæc per
aquam & spiritum sanctum, hoc est, per Baptismum.
Nam in eo purgamus à peccatis omnibus, & nouita-
tes spiritus seu iustitia donamur.

BBB 5 Bapti-

apliciter baptizemur,
verum etiam per omnem vitam & à peccatis (à quibus sumus semel loci) abstineamus, & in vita nouitate (qua sumus in Baptismate donati) ambulemus: idcirco utrumque etiam sedulò virgeamus necesse est, si modo vere & certò in Dei regnum velimus introire, alioqui enim nihil proderit nobis baptismus suscepimus, & sic longè adhuc erimus à vera renascientia.

Atq; huc & D. Petrus respicit, du ait in prior. cap. 3. Saluos facit baptismus, non carnis depositio sordidum, sed bona conscientia bonæ responsio apud Deum. Huc quoq; facit, quod idem in 2. cap. 1. inquit: Batagite fratres, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabis aliquando: immò sic abundantius ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini & seruatoris nostri Iesu Christi. Huc deniq; D. etiam Paulus cùm primis respicit per integrum 6. caput ad Rom. Summa igitur primi huius loci est: si quidem saluari velimus, renasci nos oportere: atque ut vere renascamur, & suscipiendum nobis esse Baptisma, & à peccatis abstinendum, iustitiamq; contra colendam nobis esse.

Iam vnde seu à quo veniat, ut sic renascamur & in Baptismo & per omnem adeò vitam, id his præser-tim verbis Dominus explicat: Nemo (inquietus) ad calum, nisi qui descendit è celo filius hominis qui est in celo. Verba hæc prima quidem fronte sonat durè admodum, videnturque omnes nos excludere omnino in perpetuum à regno Dei: verum re ipsa, & inspecta penitus, insignem nobis, nobilissimumq; thesaurum ostendit.

ostendunt. Dure quidem sonant, quia hic videtur es se sensus. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui è cœlo descendit, nempe Christus filius Dei. Nos verò è cœlo non descendimus. Ergo nec in cœlum nos ascendimus vñquam, sed ascendet eò solus Christus. Et sà ne verisimus quoque is sensus ac syllogismus est, si nostras vires & iustitias respiciamus. Nam quis nostrum omnino purus & iustus coram Deo est: quomodo ergo poterimus in cœlum adscendere, quam nihil coinqüinati in illud sit intraturum?

Verum hac parte consolationem contrà, thesaurumq; pretiosissimum nobis hæc eadem Domini verba adserunt, quod exerte testantur & pronuncianè Christum è cœlo descendisse. Nam non frustra neq; propter semetipsum, sed propter nos homines & dannatos peccatores descendit. Sed quomodo descendit non caro eius descendit, non è cœlo attulit corpus, vt Apollinarius docuit & Anabaptistæ sentiunt: sed descendit diuinitate sua in uterum virginis Mariæ, ex eaq; carnem & sanguinem nostrum (sed absque peccato) assumpsit, sicutque homo & frater noster factus est, vnius nobiscum substantiæ. Heb. 2. Propterea autem vnum nobiscum per assumptam humanitatem factus est, vt nos vicissim gratia, & diuinatatis suæ participatione vnum faceret secum, sicq; in se & per se nos in cœlum sua ascensione subduceret. Atq; hanc vunionem nostri cum Christo, hi locè confirmant: Matth. 25. Quicquid vni fecistis ex meis, mihi fecistis. Ioan. 17. Non pro eis (Apostolis) rogo tantum, sed & pro his qui credituri sunt per sermonem eorum in me, vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. Ephes. 5. Membra sumus corporis Christi, ex carne eius, & ex ossibus eius. Quid bis quæsto testimonijs

moniji, & Pauli præsertim elogio, clarius dici potuit: Sunt igitur Christus & electi iuxta spiritualem hanc vunionem vna quodammodo persona, unus Christus: quemadmodum nimirum caput & membra vnum sunt corpus. Atque hinc, quod dicit Dominus neminem adscendere in cœlum nisi se solum, non excludit electos & sanctos. Nam hi in ipso adscendunt: quemadmodum & in ipso spiritualiter de scenderunt de cœlo, in ipso enim fuerunt electi ante mundi iacta fundamenta. Ephes. 1. Sed hoc solu sentit & dicere vult Dominus, neminem suis ipsius viribus & iustitijs posse saluari, extra se non patere cœlum, se esse vnicam scalam & viam ad patrem: ideoq; eos qui ascendere cupiant, suis viribus & iustitijs dif fidere oportere, atq; in ipso & ipsius meritis tanquam in scala adscendere ac inniti. Summa ergo est, à solo Christo & per hunc contingit, quibuscunq; contin git renascentia, remissio peccatorum, iustificatio, mortificatio peccati, vita inuocatio, & æterna denique salus: & quicunque horum particeps esse voluerit, hunc oportet Christo insitum & vnitum esse, eiusq; esse membrum.

Cæterum, quoniam medio seu instrumento horū bonorum à Christo participationem consequamur, id hisce non obscurè Dominus innuit verbis: *Sicut Moses exaltauit serpente in deserto: ita exaltari oportuit filio tuo hominius, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat et vitam eternam.* Ut verba hæc rectius intelligamus, scire nos oportet historiam de serpentis exaltatione. Sic autem hæc Numer. 21. (summatim complexa) describitur. Tædere cœpit populum itineris ac laboris, locutusq; est contra Dominum & Mosen. Misit ergo Dominus in populu ignitos serpentes, ad quo runi plagas & mortes plurimorum, venerunt ad Mo sen,

sen, atque dixerunt: Peccauimus, quia locuti sumus contra Dominum & tecum: ora, ut tollat a nobis serpentes. Oravit igitur Moyses pro populo, & locutus est Dominus ad eum, Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui percussus asperget eum, viuet. Fecit ergo Moses serpentem æneum, & posuit eum pro signo. Quem quum percussi aspicerent, sanabantur.

Historia hæc figura fuit & lapis humani & sequitur liberationis. Serpentes igniti adumbrarunt Serpentem illum antiquum Diabolum, & huius venena, peccatum scilicet, mortem atque inferos. Murmuratores autem, qui serpentium ictu interierunt, sauciatiq; sunt morsu, vniuersum designarunt mortalium genus, hoc est, nos omnes, peccato ac morti obnoxios. Quemadmodum igitur sauciati illi non potuerunt liberari à serpentium ictu & sequutura mox morte, nisi exaltatione ænei serpentis ac huius quoque aspectione: ita nec nos à Diaboli tyrannide, peccato & morte æterna liberari potuimus, quemadmodum neque etiamnum possumus, nisi exaltatione Iesu Christi in cruce, & per fidem in hunc. Aeneus ille serpens formam quidem habebat viui & noxijs serpentis, verum venenum non habebat: sic & spiritus ritualis ille serpens æneus Iesus Christus, in forma quidem & similitudine carnis peccato obnoxiae venit ac passus est, sed peccatum nullum sicut in eo. Per aspectum communicabatur sanitas sauciatis, & moribundis: ita per fidem in Iesum Christum crucifixum, rediuiuumq; coniuncta nobis est liberatio, & salus æterna, ut & hodie adhuc communicatur. Vnde nimirum tam exerte dicit Dominus: Ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Est itaque fides instrumentum, quo (ex vi & meritis exaltati Christi) in sacramentis ac Baptismo præser-

XLVII. INVENT. CRYCIS

tim regeneramur, hoc est, donamur remissione peccatorum, iustificatione, vita innocentia, & eterna deniq; vita, ideoq; recte dicit Paulus Heb. 1. Sine fide fieri non potest, vt quis placeat Deo. Nam qui accedit ad Deum, hunc credere oportet.

Vt ergo vere regeneremur, & sic introitus nobis detur in regnum Dei, credamus ante omnia, sed fide & fiducia & viua, & credamus quidem in Iesum Christum crucifixum, per hunc scilicet unum & per nullum aliun contingere nobis, quicquid ad salutem nostram facit: ideoq; ipsum sedulo & veneremur & diligamus & sequamur.

IN IDEM CONCIO TERTIA.

anno 53. **E**vangelium hoc (vt saepe ante hac à me admoto nisi estis) non alio nomine prælegitur nobis nunc, quam quod de exaltatione & ænori Serpentis & ipsius Christi in eius epilogo habeatur. Quare nec nos aliud in præsentia explicandum sumemus, quam illud idem simile. Nam & tatis nobis faciet negotij, & vnicè Christi cruxem refert.

Habemus igitur de ænori Serpentis exaltatione in 4. Mosis lib. cap. 21. ad hunc serè modum. Tendere cœpit populum (Israeliticum) itineris ac laboris: locutusq; contra Dominum & Mosen, ait: Cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra iam naufragat super cibo isto leuissimo. Misit igitur Dominus in populum ignitos serpentes: ad quorum plagas, & mortes plurimoruni, venerunt ad Mosen, atque dixerūt: Peccauimus, quod locuti sumus contra Dominum & te. Ora, vt tollat à nobis serpentes. Oravit Moses pro populo, & locutus est Dominus ad eum: Fac serpen-

tem æneum, & pone eum pro signo: qui percussus asperxerit eum, viuet. Fecit ergo Moses serpente in æneum, & posuit eum pro signo, quum percussi aspicerent, sanabantur.

Vide, huiusmodi de causa & hoc pacto exaltatus est per Mosen serpens æneus in deserto. Quia verò omnia Iudeis in figura contigerunt, insigne sub historia hac latuit mysteriū, quod nimurum (ante absconditum à seculo) aperuit nobis iam Iesus Christus. Primo quidem, per populum Israeliticum à serpentibus percussum, vniuersum genus mortalium designatum fuit. Nam omnes & quæ homines (excepto prorsus nemine) vulnerati, adeoq; imperfecti erant à serpente antiquo, & huius genitum inib[us] à Sathan inquam, peccato, morte & inferis.

Clamor verò populi ad Mosen, patrum ingentia suspiria ad Deum pro liberatore mittendo emissa, significauit. Nam & ipse Moses clamauit, dicens, Mitte Domine, quem missurus es. Exod. 4. atque Esaïas item: Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem. Vtinam cœlos dirumperes, & descenderes. Esaïæ 45. 64. Serpens autem æneus, quem DEVS ad Moysi orationem & fieri & exaltari in sublime iussit, filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum præfigu- rauit. Nam ut ille formam quidem seu effigiem habebat venenatis serpentis, at non virut. ita & Dei filius (homo factus) in similitudine quidem carnis peccatricis apparuit, verum ab omni interim peccati veneno fuit longè purissimus. Esaïæ 53. Rom. 8. 1. Petr. 2. Quemadmodum item & (è quo serpens ille factus est) natura non ferro cedente, sed igne co- flante formatur: ita & Christi corpus, non opere vi- zili, sed veri ignis (tempore Spiritus sancti) con- flatio.

flatione est conceptum. Quemadmodum enim ad-
huc & sonorum est & incorruptibile, ita & Christus publicè prædicauit, minimeq; caro eius potuit
corrumpi. Quemadmodum vero serpens æneus exal-
tatus est, hoc est, appelsus ligno: ita & Christus (quod
hic prædixit) exaltatus est in ligno crucis, huic ni-
mirum affixus. Quemadmodum denique quotquot
aspiebant æneum serpentem, eo aspectu sanitatem
ab inflictis vulneribus consecuti sunt: ita & omnes,
quicunque fidei oculos in Iesum Christum vnicè co-
iiciunt, omnemq; & remissionis peccatorum, & salu-
tis spem figunt in ipsum, non peribunt in æternum,
sed vitam per ipsum habituri sunt æternā. Estergo
abunde, unde & nos dicere cum Paulo meritò possi-
mus singuli: Absit mihi gloriari, nisi in cruce Domini
nostri Iesu Christi.

FERIIS D. IOANNIS BAPTIS-
TAE, IN EPISTOLAM CON-
CIO PRIMA.

*Hec dicit Dominus: Audite insule et attendite populus de-
longe, Dominus ab utero vocauit me, &c.*

Ezrae XLIX.

*Mabita
anno 46.*

Illi, qui præsentem Lectionem hisce serijs assigna-
runt, videntur intellexisse eam de Ioannis perso-
na, eo quod contineat mentionem de vocatione ab
utero & recordatione nominis in matris adhuc ven-
tere, quemadmodum & de ipso Ioanne Lucas testa-
tur, quod repletus sit in utero mattis spiritu sancto,
& quod à Domino nomen ipsi impositum sit ante
eius etiam nativitatem. Verum nos certi sumus, Le-
ctionis huiusc verba in neminem competere posse
alium, quam in filium Dei Iesum Christum, ipsissi-
mum Ioannem, hoc est, gratiosum, pium, misericor-
dem,

dem, & quem Ioannes prænuntiauit. Quamobrem omnia ad ipsum referemus, tanquam scopum pri-
marium. Sunt autem quatuor loci, quos Lectio hæc complectitur. Primus, est de nativitate Domini: se-
condus, de ejus doctrina & vita: tertius de contem-
ptu ipsius ac passione: quartus, de redemptione tam
gentium quam Iudæorum per ipsum facta. Hoi or-
dine breuiter tractabimus: vos vero diligentia sum-
ma animum appellite auditores.

Principiò itaq;, quod ad locum primum (nativi-
tatem nimirum Domini) attinet, sic ipse met inquit:
*Dominus ab utero vocauit me, de ventre matris mee, recorda-
bus est nominis mei. His verbis declarat, se non fortuito
& casu aliquo obiter incidente humanitatem assum-
psisse nostram, ac natum esse, sed ab æterno huc à pa-
tre esse prædestinatum & vocatum.* Quia enim ante conditum mundum prænouerat Deus lapsurum hominem, ab æterno etiam concluserat, filium humanitatem assumptum & redemptum illū. Ob id quoq;, antequam is nasceretur, cùm adhuc in ma-
tris esset utero, nominis eius recordatus est, statuens pér; Angelum suum promulgans, Iesum ipsum vo-
candum esse, quod nimiri seruaturus populum esset suum à peccatis. *Lut. 7. Matth. 1.*

Secundò, quod secundum locum concernit, do-
ctrinam nempe & vitam Domini, ita pergit: *Et posuit
os meum quasi gladium acutum, in umbra manus sua protexit
me, & posuit me sicut sagittam electam.* His verbis innuit Seruator noster, primo doctrinam suam veluti en-
sem fore efficacem, & penetrabilem in hominū cor-
dibus, deinde vitam suam fore constantem, rectam,
& numeris omnibus absolutam, quemadmodum sa-
gitta erecta esse solet. *Heb. 4. Esa. 53. 1. Petr. 1.*

Tertiò, quantum locum tertium attinet, contem-

ptum nimirum Domini, & passionem, ad hunc
porro modum ait: In vacuū laborare sine causa & rau-
ne fortitudinem meam consumpsi: ergo iudicium meum cum
Domino, & opus meum cum Deo meo. His significat ver-
bis, quantumlibet & doctrina & vita omnibus, prae-
sertim populo Iudaico, inferuerit, se tamen nihil-
minus ab illis contemptum ac spretum esse, adeo-
que morte turpisima affectum, ita ut omnis suus
labor, omnis doctrina, omnis adhortatio veluti in-
uanum abierit. Cuius quidem summæ & ingratitu-
dinis & malitia Deum facit iudicem. 1.Petr.2.

Quarto ac vltimō, quod ad quartum (redemptio-
nem nimirum Domini) spectat, ita progrederit: Ec-
cūnīc hac dicit Dominus, formans me ex vetero seruum sibi,
reducām Iacob ad eum, & Israēl non congregabitur, & glori-
ficatus sum in oculis Domini, & Deus meus factus est fortissi-
mo mea. Et dixit, Parum est resūs mīhi seruus ad suscītandas
tribus Iacob, & feces Israēl conuertendas. Dedi te in lucem
gentium, ut sis salus mea, usque ad extreūmum terra. His ver-
bis indicat, et si doctrina nonnullis ingratis fuerit
contemptui, licet etiam passio ipsius ignominia ig-
nominiolissima habita sit, utrāque tamen & fu-
isse & esse summe frugiferam, utilem, necessariam.
Nam ipsis tum conuersos tum saluatos esse innume-
ros, tam ex gentibus quam Iudeis. Et quanquam ho-
stes sui ipsum prorsus voluerint aeternis tenebris ad-
iudicatum, se tamen perinde esse & manere aeternam
omnium electorū lucem, sempiternam totius mun-
di salutem.

Restat iam, ut quando Seruator noster sic om-
nibus redimendis homo factus sit, docuerit, mira-
cula ediderit, contemptus sit, passus sit, resurre-
xerit, huiusmodi summa beneficia in ipso etiam
agnoscamus, coque ipsum laudemus, extollamus,
gratia-

gratiarum actionibus veneremur, ore, corde, vita.

IN EANDEM CONCIO

SECUNDA.

Lectio hæc Prophetica eam ob causam ad hominem
diernam festiuitatem à maioribus nostris ordi-
nata est, quod litera tenus personæ D. Ioannis ple-
runque conueniat. Nam hunc Deus vocauit ab vte-
ro, dum illum (iuxta Angeli prænuncium) Spiritu
sancto iam inde ab utero matris eius repleuit, Lucæ
1. huius quoque recordatus est Dominus de matris
ventre nominis, dum illum voluit vocari Ioannem,
antequam conciperetur, Lucæ 1. huius etiam posuit
os quasi gladium acutum, dum dedit illi vim & gra-
tiam, ut præcederet ante Messiam cum spiritu & vir-
tute Heliæ, multos filiorum Israel sua prædicio-
ne conuerteret ad Dominum Deum ipsorum, con-
uerteret corda patrum in filios, & inobedientes ad
prudentiam iustorum, pararetque sic Domino ple-
bem perfectam, Lucæ 1. Matth.3. Marc.1. Ioan.1.
hunc sub umbra quoque manus suæ protexit;
posuitque sicut sagittam electam, & in pharetra sua
abscondit, dum magnum ipsum fecit coram se, dum
manus sua erat cum eo, dumque ipsum & Phariseis,
Zadducæisque & populo Israëlitico fecit venera-
bilem: dedit etiam hunc in lucem gentium, dum ille
non Iudeos solum, sed & homines gentiles (pu-
blicanos nimirum ac milites) ad penitentiam & fi-
dem adduxit: effecit denique Dominus, ut & re-
ges ac principes viderent illum, atque adorarent
propter Dominum, dum rex Herodes ipsum & ser-
uabat & libenter audiebat, auditoque eo multa facie-
bat. Marc.6.

Vide, sic Lectio præsens litera tenus Ioanni concurrit.

nire non ineptè potest, atque hoc respexerunt patres nostri. Verum si proprie hanc eandem Lectionem intelligere ac explicare volumus, conueniunt hæc omnia vni Messia seu Christo, cuius prodromus fu-
it Ioannes. Hunc nanque Deus vero ab ytero voca-
uit, hoc est, filium suum esse testatus est: iuxta illud,
Ex ytero ante luciferum genui te. Psal. 109. &c., Dixit
Dominus ad me, filius meus es tu, hodiè genui te.
Psal. 2. Quemadmodum & in Euangelio de nostro le-
su (ipsissimo nempe Melsia) bis testificatus est: *Hic
est (inquiens) filius meus dilectus, in quo mihi bene
placui.* Matth. 3. 17.

Huius quoque verè nominis recordatus est Do-
minus de ventre materno, immò longè ante conce-
ptionem: dum scilicet prædictum, vocandum illum E-
manuelem & Deum iustum nostrum. *Esaïæ 7. Ierem.
21. quemadmodum & Angelus,* quum missus esset ad
Mariam, ante ipsam etiam Iesu conceptionem, ius-
sit vocari nomen eius Iesum. *Luce 1. Matth. 1.*

Huius etiam os verè quasi gladius acutus fuit: iu-
xta illud Baptiste de ipso testimonium: *Cuius ven-
tilabrum in manu ipsius, & repurgabit aream suam,
& congregabit triticum suum in horreum, paleam
autem exuret igne inextinguibili.* Matth. 3. & illud Ma-
tach. 4. *Quis stabit ad videndum eum?* ipse enim quasi
ignis conflans & quasi herba fullonum. Et illud E-
saïæ 11. *Percutiet terram virga oris sui, & spiritu la-
biorum suorum interficiet impium.*

Hunc quoque Deus sub vmbra manus suæ verè
protexit, posuitq; sicut sagittam electam, & in pha-
retta fita abscondebat illud Iacob. 11. vñ Patrem
quit, Et illustravi & rursus illustrabo (subaudi) te.
& illud Pauli Coloss. 1. *Iesus Christus est principium,
primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse pri-
mogenitus.*

mas tenens: quoniam in illo complacitum est Patri
vniuersam plenitudinem inhabitare, & per eum cun-
& a reconciliare erga se, &c.

Hic verè etiam (iuxta humanitatem) seruus fuit
Domini in Israel, in quo gloriaretur: iuxta illud
Paulinum, Rom. 15. Iesus Christus minister fuit cir-
cuncisionis pro veritate Dei, ad confirmandas pro-
missiones patrum. Vnde & Dominus ipsemet in Euā-
gelio ait, Non sum missus, nisi ad oves perditas do-
mus Israel, Matth. 15. Sed idem tamen & in lucem
gentium à Deo datus est, in salutem usque ad extre-
num terræ, iuxta illud Simeonis Lucæ 2. Viderunt
oculi mei (Iesum) salutare tuum, quod parasti ante
faciem omnium populorum, lumen ad reuelatio-
nem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. & illud
Pauli Ephes. 2. Veniens Iesus Christus euangelizauit
pacem vobis (Gentibus) qui procul aberatis, & ijs
(Iudeis) qui propè, quoniam per illum habemus a-
ditum utriusque in uno spiritu ad Patrem. Hunc deni-
que & reges vere viderunt, principesque consurrexe-
runt, atque adorarunt propter Dominum Deum e-
ius: nō solum nimirum in hoc, quod à Magis & quæ-
situs, & adoratus est puer, verū etiam quod per pre-
dicationem Apostolorum suorum in numeros reges
& principes, regionesq; suauis suo iugo subdidit. En-
sic ne vnum quidem iota in tota Lectione propheti-
ca est, quod non propriissimè quadret in Christum.
Reliquum autem nunc est, vt hunc nostrum Chri-
stum (ita à Patre condecoratum) ex animo venere-

mur, audiamus, sequamur: quò & ipsi sub um-
bra manus eius protegamus, in pharetra
eius abscondamus, luce eius illumi-
nemus, & salute eius æternū
perfruamus.

36. P. B. IOAN. BAPTIS.
FERIIS D. IOANNIS BAPTIS-
TAE, IN EVANGELIVM CON-
CIO PRIMA.

Elizabetha vero impletum est tempus pariendi,
ex peperit, ecce. Luca 1.

Maltes
anno 46.

Racipua huius Euangelij doctrina est, Domini verbum & promissiones sibi constare, non fallere, non mutari, quantumlibet etiam impossibilia polliceri videantur, quantumlibet caro de ijs dubitet. Pollicitus fuerat pater cœlestis Deus optimus maximus Zaccharia sacerdoti, vxorem eius paritatem sibi filium, Ioannem nimirum, in senectute: & ecce, quamlibet isthuc seni videretur impossibile, hanc promissionem constanter præstítit. Nam ut Euangelium præsens testatur, peperit Elizabetha vxor ipsius hunc filium. Annuntiauerat per Angelum Gabrielem, multos in nativitate huius filij gauisuros. Nam futurum illum magnum coram Domino: & en, sic omnino factum est. Vicini nanque & cognati Elizabetha matris audientes, quod misericordia erga ipsam vsus esset Dominus, congratulabantur ei, & maximis gaudijs replebantur. Jusserat Dominus per Angelum, filium hunc natum recenti Ioannem vocandum: & ecce, quantumlibet obniterentur cognati, vicinique, vocatus est ipse Ioannes. Prædixerat per eundem Angelum, Zacchariam propter incredulitatem mutuam factum, non recepturum loquelani, nisi eo die quo promissio huiusmodi impleretur: & ecce, quum circuncidetur promissus puer, apertum est illico os eius & lingua, & expeditè loquebatur benedicens Dominum. Dixerat Dominus illum magnum futurum carnem fe, vinum & siceram non bibiturum, replendum

dum spiritu sancto adhuc in utero matris, multos filiorum Israel ad te conuersurum, præcessurum ante Messiam suum in spiritu & virtute Heliz, paratum denique Domino plebem perfectam: & ecce ita ille statim apparuit, ut omnibus fuerit admiratio- ni. Quare & dixerunt: Quis putas puer erit iste ete- nimi manus Domini cum ipso fuit. Post vero omnia etiam illa expressit, quæ prædicta de ipso fue- rant: nam adeò non bibit vinum & liceram, vt aqua finit ipsi eximeret: adeò repletus est spiritu sancto, vt & corporeis suis oculis spiritum sanctum in columba specie viderit: multos etiam Iudeorum per baptismum & prædicationem pœnitentiae con- uertit, velutique Elias in deserto, locustis vescens & pilis camelorum vestitus, austera vitam degit: summa, & prædicando, & baptizando, & monstran- do, & viuendo Domino Messia, I E S V C H R I- S T O parauit perfectam plebem. Quin iam igitur ad hunc modum verbum Domini per omnia in ipso, vt promiserat, sit completum: immò omnes etiam haec tenus Dominus constantissimè præstite- rit promissiones, monemur hic nos, primo vt fir- miter quoque iphius verbo & pollicitis nitamur, non dubitantes omnino, quin quemadmodum in hunc usque diem ijs infallibiliter stetit, ita & por- rò, quæcumque dixit & promisit, sit præstiturus ab- solutissimum: Deinde, vt nos etiam vicissim ipsi no- stra promissa inuiolabiliter seruemus. Promisi- mus autem, nos restituros Sathanæ, carni, mundo, & iuxta eius solius voluntatem viuctuos per omnem vitam.

IN IDEM CONCIO

SECUNDA.

CCC 4

Quo-

Quoniam annis Baptiste, audiuimus in Euangelij contextu luculentum de nativitate eius testimonium, quos scilicet habuerit parentes, quo tempore sit natus, quid in & circa eius nativitatem contigerit, quam expectationem, existimationemq; vicini & finiti mis quisque de ipso conceperint.

Parentes nimirum eius fuere Zaccharias sacerdos & Elizabeth ambo iusti coram Deo, in omnibus præceptis & iustificationibus Domini irreprehensibili es, steriles, prouectæq; ambo ætatis. Sic bonæ arbores, bonos fructus produxerunt.

Est autem natus Ioannes (vt ex præcedentibus huius Euangelij constat) in diebus Herodis regis Iudeæ, hoc est, tempore ablati à Iudeis sceptri: idque necessarium fuit, propterea, quod tum (iuxta Iacob Vaticinium) venturus erat Silo ille Messias, cuius Ioannes debebat esse prodromus. Vnde & Angelus ad Zacchariam dixit: Ipse præcedet ante Dominum in spiritu & virtute Helia, vt conuertat corda patrum in filios, & inobedientes ad prudentiam iulitorum, vt paret Domino plebe perfectam. Et Zaccharias postea in cantico suo: Et tu puer Propheta altissimi vobis, præzibis enim ante faciem Domini paratum vias eius.

Cæterum in & circa nativitatem Ioannis multa miracotigerunt. Vicini & cognati gauisi sunt, quod & Gabriel prædixerat: Multi (inquiens) in nativitate eius gaudebunt. Elizabeth mater (præterquam quod & contra naturam & contra ætatem perperit) prophetauit. Puer ab utroque parente (contra omnium & cognatorum & vicinorum sententiam) Ioannes peculiariter appellatus est: idque à Zaccharia quidem, ex iussu Angeli: ab Elizabeth vero

verò ex spiritu Prophetico. Est autem vocatus Ioannes, hoc est, auctus gratia seu gratus, quod tunc instaret tempus gratiae, quodque ille primus habuit gratiae prece futurus erat, adeoque & ipsum gratiae ostnis fontem Iesum Christum suis digitis demonstratus. Adhac vero & Zaccharias pater ante mutus, circa Ioannis nativitatem, & in circuncisione presertim, recepit loquaciam, & loquutus est laudans Deum, adeoq; & Spiritu sancto est repletus. Omnes deniq; vicinos & monticulos ingens timor peruersit.

Porrò ex his omnibus ingens de puerio Ioanne orta est apud cunctos existimatio, expectatioque. Nam dixerunt: Quis nam puer hic erit? etenim manus Domini est cum illo. Sic autem Dominus illustrare voluit Ioannis nativitatem, ut auctoritatem ei apud omnes conciliareret, quò citius apud omnes inueniret fidem in sequutura prædicatione. Sed cur ita? ut nimis omnes per illum & illius testimonium agnoscerent, amplecterenturq; filium suum Iesum Christum, & sic per hunc saluarentur. Nam hic & scopus & finis est unicus. Debet itaque & nos tanta Ioannis auctoritas eò permouere, ut constanter credamus, innicamurque in illum, cuius ipse fuit præambulo, quem & prædicauit & demonstrauit, nempe eundem Iesum Christum filium Dei. Sed in hunc credentes, edamus etiam fidei fructus, hoc est, iuxta vicinorum, cognitorumque paradigma, gaudeamus cum gaudientibus, & fleamus cum flentibus, charitatisq; opera erga proximos exerceamus: iuxta Elizabethæ vero & Zacchariæ exemplum, fideliter obediamus præceptis Domini, laudemus huius & bonitatem & veritatem, gratiasque ei agamus probeneficijs omnibus acceptis, siue corporalibus siue spiritualibus, & præseitum promisso, donatoq; nobis filio. Sic vi-

40

FER. D. IOANNIS BAPT.

delicet certo certius futurum eit, ut quemadmodum Elizabethę (iuxta Dominū promissionem) impletum est tempus patiendi, ita & nobis omnia à Deo nobis promissa contingent, hoc est, gratia copiosa, beatitudine in prosperis, consolatio in aduersis, vita in morte, & felicitas denique immortalis.

IN IDEM CONCIO

TERTEA.

Anno 51.

Natalem D. Ioannis Baptizę hodie celebramus peculiariter: ideo nimurum & hoc Euangelium nunc proponitur nobis, vt in quo nativitas eius & vere & luculenter describitur. Quia verò historia saevis per se aperta est, nulla interpretatione indiget. Interpretationis igitur loco, præcipuos aliquot locos (qui ad doctrinam cum primis faciant) feligemus inde, & vobis commendabimus.

Audiuiimus itaque principio, Elizabethę impletum esse tempus patiendi, eanque peperisse filium. Ex hoc loco discimus, promissiones seu verbum DOMINI minime mentiri, & omnia apud Deum possibilia esse. Promiserat enim, nunc aueratque Dominus per Angelum Zaccharię, vxorem ipsius Elizabetham paritaram ei filium. Hanc ergo promissionem hic per omnia impleuit, nato reuera Ioanne. neque obstatit interim, neque Zaccharię incredulitas, neque Elizabethę innata sterilitas & prouectius adhuc senium. Nam constanter est DOMINVS in promissis, quam ut incredulitatem aliorum ea euacuare iunat: Vnde & Paulus Roman. II. Dona (inquit) & vocatio DEI eiusmodi sunt, vt eorum pœnitere illum non posset. Adhuc verò nihil contra natura & mundo tam est impossibile, quod non DEO longè sit facilitum.

rum. Admoneamur ergo hic, vt quām constantissimē diuinis oraculis & promissionibus nitamur, quantumlibet etiam naturae & totius mundi iudicio aduersari videātur: nec quid occurrat nondum implētum, quod non firmiter credamus suo tempore implendum.

Secundò autem audiuimus, vicinos & cognatos Elizabethæ, ybi Domini misericordiam erga ipsam audiuissent, venisse ac gratulatos illi esse. Hic locus hortatur nos ad charitateyn, vt præcedens ad fidem, vt nimirum & nos(vicinorum, cognatorumque exemplo)proximorum siue felicitate siue miseria tangentur, ideoque (iuxta verba Apostoli Roman.12.) gaudemus cum gaudentibus & ploremus cum plorantibus. Nam omnes vicini, cognatiq; mutuo, immo & vniuers corporis membra in Christo sumus.

Cæterū tertiò audiuimus, octauo die circumcisum esse puerum & nomen ipsi inditum. Ex hoc loco admonentur primo parentes, vt flatim liberos (quibus à Deo sunt donati) ab ipsis etiam incunabulis regno Dei per Baptismum (vt qui in circumcisionis locum successit) inaugurandos curen̄t ac Christo consecrent, indito interim illis nomine pio, vnde adultores facti ad pietatem inflammari possint. Deinde verò omnes in genere admonentur (ne quantumlibet etiam sibi videantur aut sint etiā pīj) Sacramenta & Dei ordinationes negligant, sed maximi ducant ac religiose ihs utantur.

Quarto verò audiuimus, contentionem factam esse de nomine pueri: vicinos quidem & cognatos vocasse illum nomine paterno Zacchariam, matrem vero vocasse illum Ioannem, cui & ipse Zaccharias pater tandem subscripsit. Hic primum obseruandum venit in Elizabetha, iussu Domini preponen-

dum esse omni affectui & iudicio humano. Deinde obseruandum est in vicinis & cognatis, in hoc scilicet quod consulebant patrem, summam in matrimonio apud maritum auctoritatem esse, eoque hujus iudicium omnium maximè expectandum. Deinde vero & in Zaccharia obseruandum venit, decere pium matitum, ut si bene sentiat vxor, eius sententia libenter subscribat, neque ob suam auctoritatem illius dicta aspernetur.

Porrò quanto audiuimus, simulatque Zaccharias scripsit nomen pueri esse Ioannem, apertum esse illico os eius & linguam, loquutumq; laudantem Dominum. Hic videntius, quantum posuit, impeti et que fides. Propter incredulitatem omiserat Zaccharias loquelandam, ubi vero contrà credidit, Deique obediuit verbo, loquelandam recepit: atq; hæc fides laudationem quoque Domini in ipso operata est, adeoq; & spiritu sancto ipsum repleuit, cui mox insignis quoque prophetia & confessio de Christo successit. Sic nimicrum vera fides, vbiunque est, insignes gignit fructus, erumpitque in voces & opera. Vnde contrà consequens fit, vbi fructus huiusmodi non conspi ciuntur, ibi aut nullam aut mortuam certe esse fide.

Postremo autem, quod peruersit timor omnes vi cinos, iijq; verba diuulgata posuerunt in corde suo: inde docemur, non contemnenda esse nobis Dei miracula, & piorum facta, sed maximi facienda, adeoque & ex ijs & timorem & fiduciam concipienda, & fidem & opera imitanda. In summa: admoneamur inde, ne vñquam verbum Dei audiamus, quin in cor dereponamus illud, & incitemur ex eo ad operandam salutem cum timore & tremore multo.

Philip. 1.

FERIIS

IN EPISTOL. CONC. I.
FERIIS PETRI ET PAVLI
APOSTOLORVM, IN EPI-
STOLAM CONCIO
PRIMA.

Iniecit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam
de Ecclesia, &c. Acto. XII.

Qum Ecclesia hodie simul & D. Petri, & D. Pauli
Apostolorum memoriam solennem agat, ~~memoriam~~
nurum alicui videri possit, quia ergo huiusmodi ~~memoriam~~
nobis nunc & Epistola & Euangelium proponatur,
in quibus nulla omnino de Paulo mentio fiat, sed
de solo Petro? Ut vero tollamus initio dubium hoc,
sciendum est, non extare Epistolam & Euangelium,
qua expresse utriusque meminerint, quæque in ho-
diernum præsertim festum (quod nimurum de illo-
rum martyrio est) aptè quadrent. Proponit igitur
nobis Ecclesia Epistolam, Euangeliumque huiusmo-
di, quæ est litera tenus de solo Petro loquuntur, re-
vera tamen conueniant & D. Paulo. Nam ut in Epi-
stola audiuimus, in carcerem conjectum esse D. Pe-
trum: ita & multis in locis habemus, Paulum item
detentum esse in vinculis. Actor. 16.21. quemadmo-
dum item in Euangelio audiemus, Petrum confes-
sum esse quod Dominus Iesus sit Christus & filius
Dei viuentis: ita & infinitis in locis legimus, & Pau-
lum eandem vnicè vsisse confessionem.

Cæterum, ut præcipuos Epistolæ locos percurra-
mus obiter, ex hac Lectione tria potissimum discen-
da nobis veniunt. Primum est, qua sorte p[ro]ij, Chri-
stianique homines à mundo excipiuntur: secundum
est, quomodo illi sese interim gerere debeant: tertium
ac ultimum est, qualē tuū Dominus se ipsis decla-
raturus sit, adeoq[ue] declareret. De his autem tribus ordi-

44 **SS. PETRI ET PAVLI APOST.**
nē agemus paucis , diuina nobis opitulante gratia;
Vestrum erit, ut aureis adferatis attentissimas.

Principiō igitur, qua fortuna pīs excipiāntur, id
Petri persona nobis satis declarabit, neq; minus Iaco-
bi. Hunc sanè Herodes mundi satelles egregius ob-
Christi nominis profersionem occidit : istum vero
apprehensum coniecit in carcerem, euestigio similī
Suppicio post paschæ festum (ni diuina prouidētia
obstutisset) affecturus. Ea itaq; piorum in hoc mun-
do sors est, præsertim vero fidelium cōcionatorum,
vt propterea quod vnum Iesum Christum populo
Seruatorem, iustitiam, mediatorem, vitam, spem
proponunt ac confitentur, habeantur odio, menda-
cij impetantur, apprehendantur veluti facinorosi,
injiciantur carceribus, ligentur vinculis, lacerentur
ferreis pestinibus, distorqueantur ignitis forcipi-
bus, cedantur plumbatis, imponantur ignibus, præ-
cipitentur in abrupta loca, suspendantur in cruce,
faccis illigati immergantur aquis, occidantur gla-
dio, & innumeris alijs supplicijs afficiantur. His pro-
fecto modis tractati sunt omnes sancti & iusti, quot-
quot à condito mundo in præsentem usq; diem fue-
runt. Et ne putemus eos calu fieri, ipse Christus & A-
postoli ita etiam præixerunt futurum. Sie nanque
Dominus ait Matth.10 . Tradent vos in concilijs, &
in synagogis suis flagellabunt vos , & ad præsides &
reges ducemini propter me , & eritis odio omnibus
hominibus propter nouien meum. Sic dicit Paulus
2. Timoth.3. Omnes qui pie vivere volunt in Chri-
sto , persequitiones pati necesse est. Ita & Petrus in
pri. sua cap. 1. inquit: In hoc (ad afflictiones toleran-
das) vocati estis , quia & Christus passus est pro no-
bis, relinquens vobis exemplum, ut insequamini ve-
stigia eius. Quemadmodum vero ex intentata affli-

tione

etione propter nomen Iesu & iustitiam , electi & pij cognoscuntur : ita inde & tyranni ac Herodis astreclae deprehenduntur . Quare nimurum omnes illi , qui quenquam , siue is sit concionator siue popularis , ob nominis Iesu confessionem insectantur , verisunt tyranni & religionis hostes , quantumlibet etiam bonum prætendant zelum , & religionis amorem mentiantur .

Cæterum quonam pacto pij , in huiusmodi constituti afflictionibus , se gerere debeant , id tum in Petro tum in Ecclesia credentium clare videre est . Petrus quidem , et si catenis iaceret vincitus duabus , nihil expectaret prius quam morte , securus tamen animo fuit , vt qui Dominum haberet protectore . Ecclesia vero sine intermissione orabat pro illo Deum . Sic sane & omnibus pro Christo afflictis factitudinem est . Ante omnia in Christum salutis sue ancoram figent , ipsoque tanquam mortis & vitæ Domino uincere nitentur , persualissimum habentes , nihil ipsis incommodare posse citra ipsius voluntatem & permissionem : quemadmodum & hoc ille verbis expressissimum affirmat : Vesti (inquiens) capititis capillis omnes etiam numerati sunt , nolite ergo timere . Matth . 10 . Hinc verò & assiduis precibus Dominum compellabunt , vt mundum illustret , ostium fidei aperiat , ipsis omnem minarum metum excutiat , fiducia confitendi ipsum addat , per ipsos nomen suū glorificet . Ita euidem orarunt Apostoli Act . 4 . Domine respice in misericordias eorum , & da seruis tuis cum omnib[us] fiducia loqui verbum tuum . Sic & Paulus Roman . 15 . rogat fratres , vt pro se intercedant : Obsecro (inquiens) vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum , & per charitatem sancti spiritus , vt adiuvetis me in orationibus pro me ad Deum , vt liberet ab infi-

46 FER. PETRI ET PAVLI APOS.
ab infidelibus. Ad hunc modum & Ecclesia haud du-
bic pro Petro orauit.

Porrò , qualem Dominus se ipsi in afflictionibus
declaret , id ex Angeli facto satis , superque colli-
quet. Is vero (ut Lucas testatur) in ipsa nocte , quum
altero die producere vellet Herodes Petrum ad ne-
cem , astigit illi in carcere , excitatunque mirabiliter
e vinculis liberauit. Ita nimis Dominus aliquan-
diu apparet , ac si omnem de iustis curam abiecerit:
at tandem adest , sicque suam in ipsis liberandis exe-
xit potentiam , ut omnes , etiam impij , fateri cogan-
tur , ipsum pro ipsis sollicitum esse. Id sane & David
experimento didicit , dum inquit Psalmi. 33 . Pauper
clamauit , & Dominus exaudiuit eum , & ex omni-
bus tribulationibus eius saluauit. Moratur Angelus
Domini in circuitu timientium eum , & eripi eos.
Item ibidein : Iuxta est Dominus ipsis qui tribulato-
sunt corde , & humiles spiritu saluabit. Multæ tribu-
lationes iustorum , & de omnibus his liberabit eos
Dominus. Sed dixerit quispiam: Non omnes tamen
vt Petrus liberantur , quin bona pars rapitur ad mor-
tem. Reipond. Quos Dominus morti propinari si-
nit , eos ob id permittit tyrannorum voluntati , vt
eos à mundo peruerso eripiatur , ad seque æterna be-
atitudine coronandos vocet. At quos à morte libe-
rat , eos ad maiora reseruat certamina. Quocunque
igitur modo cum ipsis agat , perinde adest , liberat ,
eripit , saluat.

Hic itaq; certificamur: primò , omnes nos in Chri-
stum credentes afflictionibus exerceri oportere: se-
cundò , nullum praesentius in afflictionibus remedi-
um posse adhiberi , quam fiduciam in Domini be-
nignitatem & precationem assiduam: tertio , Domi-
num non derelictum nos , nec paucum ut supra
quam

quām possimus tentemur, sed daturum gratiā, quā
& afflictiones possimus pati, & ab ijs liberari.

IN EANDEM CONCIO

SECUNDA.

Precipuus Lectionis hodiernæ scopus, afflictio
piorum est. Sunt autem quatuor præsertim, quæ *Anne st.*
de afflictione huiusmodi nobis proponuntur. Pri-
num quidem est, non posse pios sine afflictionibus
esse in hoc mundo. Nam hoc satis claret hic in Iaco-
bo & Petro, ut quorum alter gladio iam tunc occi-
sus erat, alter autem coniectus erat in carcerem, simi-
liter occidens post pascha: atq; hanc sortem non
hi soli, sed & alij Apostoli, Credentesq; experti sunt,
ut Actuum liber passim testatur. Hinc ergo exerte
dicit Paulus: Omnes qui piè viuere volunt in Chri-
sto, afflictiones pati necesse est, 2. Tim. 3. & rursus: Per
multas tribulationes oportet nos ingredi in regnum
Dei. Act. 13. Quandiu igitur erunt Iacobi & Petri, tam
diu & Herodes erunt: hoc est, quandiu erunt in mun-
do pii, tandiu erunt & tyranni ac persecutores. Non
enim potest mundus pios ferre, quemadmodum nec
Herodes Iacobum & Petrum ferre poterat. Nihil hi
neque in Herodem neque in Iudeos peccarant, nisi
quod Christum crucifixum prædicabant, & ipsorum
vita dissimilis erat illis: Ita videlicet nec hodie aliani
ob caussam odio habentur & affliguntur pii, nisi
quod vni Christo omnem tribuant iustitiam salu-
temque, inque huius fide vitam agant innocentem.
Sciamus igitur & nos passuros afflictiones, si qui-
dem vere in Christo viuere velimus. Non enim le-
nior nos sors manebit: atque ut non affligamur sem-
per ab impijs externè, non tamen feriabitur interim
Sathan. Hæreat ergo semper in cordibus nostris il-

Iud Syrachi cap. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei,
ita in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad
temptationem. Ut autem vere patiamur ut p[ro]ij, sicque
cum Paulo gloriari iure possimus in afflictionibus:
p[ro]ij etiam re vera simus, hoc est, vera, gerimanaque
prædictis simus fide, innocenterque vivamus. Si enim
ob fallam, hereticamque fidem, aut ob impia facta
affligamur, inanis fuerit gloria nostra, nihilque
meretur.

Cæterum secundum est, quoniam remedium confu-
gioque nobis in afflictione vtendum sit. Quum Pe-
trus seruaretur in carcere, precatio sine intermissione
siebat ad Deum pro eo ab Ecclesia. Quoties ergo
& nos affligimur, siue externe a malis hominibus, si-
ue interne a Sathanæ & carne: toties ad preicationem
(tanquam ad sacram ancoram) configurare debeimus,
eamque ad Deum citra intermissionem fundere.
Plurimum enim valet deprecatione iusti assidua. Ia-
cob. 5. & iubet etiam exerte Dominus, vt ad se in tri-
bulationibus configuramus, dum sic inquit: Inuoca
me in die tribulationis, & eruam te, & honorabis
me. Psalm. 49. Vnde & Daud alibi ait: Hi in curribus
& in æquis confidunt, nos autem nomen Domini
inuocabimus. Psalm. 19. Certe legimus Exod. 17.
quod quum pugnaret Iosua vna cum filiis Israel
aduersus Amalac, Moses plus efficerit orando, quam
Iosua pugnando. Ideò nimis & nos iam in præ-
senti nostra tribulatione cum primis configuramus
ad orationem, spemque figamus omnem in Domi-
ni auxiliu, ita melius brevi sentierimus haud dubie:
sic enim ait ille Psal. 90. Quia in me sperauit, libera-
bo eum: protegâ eum, quoniam cognovit nomen me-
um. Clamauit ad me, & ego exaudiâ eum, cum ipso
sum in tribulatiōe, eripiâ eum, & glorificabo eu, &c.

Sed ve-

Sed venianus ad tertium. In eadem nocte postremo postquam Herodes vellet Petrum tradere Iudeis occidendum, venit subito Angelus Domini, illumque & soluit a cæthenis, & eduxit e carcere in ciuitatem. Sic solet cum suis agere Dominus. Non finit preces piorum esse fructaneas, neque deserit juos. Verum differt plerunque tam diu, donec nihil iam reliquum est apud homines spei. Vult enim agnoscere solus adiutor in necessitate, neque vult gloriam suscipi dari alteri. Monemur itaq; hic, ne defatigemur orando, neue ob dilationem auxilij diuini desperemus. Vnde & Habacuc sic vnumquenque nostrum affatur: Apparebit (Dominus) in finem, & non mentietur. Si moram fecerit, exspecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit. cap. 2.

Restat vero iam quartum. Vbi Petrus ad se rediisset, agnouit se a Domino liberatum esse, enique ob id omnem tribuit gloriam, adeoque & alijs eam liberationem depraedicauit. Hoc exemplum monebit nos, ut quotiescumque e malis liberamur aut subiacto alioqui gaudio donamur, id non acceptum seramus nobis ipsis, aut humanis viribus, sed vni Deo auxiliatori, ideoque huic debitas agamus gratias, & alijs quoque eius potentiam, misericordiamque dulcemus. Nam vult Dominus glorificari a nobis propter liberationem, ut supra in Psalm. audiuimus.

FERIIS PETRI ET PAVLI
APOSTOLORVM, IN EVANGELIVM CONCIO
PRIMA.

Cum venisset Iesus in partes Cesarea
etim. &c. Matth. XVI.

DDD In bos

Habita an IN hoc Euangelio duo illi insignes fidei nostræ ar-
no 46.

I articuli confirmantur, quorum altero confitemur, Iesum Christum esse filium Dei: altero, esse unam sanctam Ecclesiam catholicam. Nam utriusq; hic solidam habemus certificationem, dilucidamq; simul mentionem. Quanti vero momenti hi ipsi duo articuli sint, quam & necessarij, neminem vestrum esse puto qui ignoret. Certè extra Christum & Ecclesiam non est salus. Quare meritò eos subinde renouare & reuocare in memoriam debemus, ideoq; & nunc attentissimos nos esse necesse erit. Dicemus autem in præsentia de vteroque sigillatim, ac de priori prius.

Varie hominum opinione de Iesu nostro habebantur. Quidam enim existimabant illum esse Ioannem Baptistam, utpote rediuium: ob id fortasse, quod baptizaret & prædicaret, ut ille, pœnitentiā & regni Dei appropinquationem. Nonnulli vero arbitrabantur, esse eum Eliam, inde fortasse adducti, quod (quemadmodum ille) in miraculis edendis esset potes, quodque persuasum haberent, Eliam nouissimis temporibus redditurum. Alij autem autemabant, eum esse Hieremiam: forte propter summatum docendi vim, tum etiam propter popularem sermonem, & parabolaram adductionem. Porro alij aliter atque aliter de ipso sentiebant, communiter tamen Prophetam censebant eum vel pristinum vel nouum. Non poterant enim inficiari, esse illum insignorem, quam quisquam vel ex plebe vel ex summis Iudeorum primoribus esset. Verum enim uero longissime adhuc à vera ipsius cognitione aberant. Nam Iohannes Baptista, Elias, Hieremias, & ceteri Prophetæ fuerant homines duntaxat. Quum igitur horum personas ipsi tribuerent, nihil sanè præterquam merum hominem ipsum iudicabant. At quibus me-

bus merus homo videtur, iij nihil ipso dignum sentiunt. Doctrina nanque eius coelestis, miraculorum summa potentia, & vita inculpatissima abunde satis testabantur, ipsum plus fuisse quam hominem merum: nempe diuinum & celestem. Etenim quis potest hominum nouisse cogitationes, quis vno verbo quiduis facere potest, nisi unus Deus? Quando ipse ergo in his fuerit validissimus, consequitur propositus, & fuisse & esse illum non hominem solum, sed & Deum. Talem autem ipsum cognovit Petrus, hinc nimis dixit: Tu es Christus filius Dei viventis. Ne autem putemus Petrum errasse, statim Dominus ipse hanc confessionem corroborauit, affirmauitque eam tam esse veram ac efficacem, ut beatitudinis inde aeternae esset hereditatem consequuturus. Ceterum Iesum credere Christum, viventisque Dei filium, est persuasissimum habere, ipsum esse verum hominem & verum Deum, nostrum doctorem, seruatum, spem, viam, veritatem, resurrectionem, iustitiam, sanctitatem, expiatorem, regem, sacerdotem, vitam, & omnia. Talem vero credere, a patre continuit, Dei donum est. Atque haec de Christo haec tenus.

Quemadmodum de Christo (ut audiuistis) variae opiniones fuerunt: ita & de Ecclesia. Iudei olim hanc censebant esse, qui circuncisi legem Mosi servarent. Hodie quidam putant templum lapideum esse Ecclesiam. Sunt etiam, qui Ecclesiam ad certos ritus, certaque loca alligant. Verum sic agnoscere illam, longissime a vera ipsius cognitione abest. Alter de ipsa venit sentiendum. Oportet nimis nos scire, non hunc vel illum populum certis locis & ritibus alligatum esse Ecclesiam, sed omnes per universum terrarum orbem diffusos credentes, qui ex animo credunt, & ore confitentur, atque adeo te-

52 PER PETRI ET PAVLI APOST.

stantur vita, Iesum Nazarenum crucifixum esse ipsissimum Christum, hoc est, regem & pontificem nostrum, ipsissimum item viuentis Dei filium, Deum ipsum, & patri per omnia coequali. Nam hoc ipse Dominus aperte innuit, dum dicit: *Super hanc petram adiutoria Ecclesiam meam*. Quasi dicat: Eiusmodi confessio, quam tu Petre de me protulisti, erit certum signum meæ Ecclesiæ: qui hanc confessus fuerit, in verâ est Ecclesia. Vide, haec Christi Ecclesia est. Et quia ipsa habet fundamentum Christum, non potest ullis inferorum portis deiici, immo tam potens per Christum est, ut & mortis & vitæ, & inferni & coeli claves habeat. Atq; quæadmodum corpus adharet capiti, sic ipsa nunquâ a Christo disiungetur.

Amplifica, repeate & hortare.

IN IDEM CONCIO

SECUND A.

Anno 51.

Quod præsens Euangelium ad hasce sanctorum Apostolorum Petri & Pauli ferias relatum sit, hanc necessarium puto longis verborum ambagiis explicare: quum præsertim omnibus constaret positis, factum id esse propter insignem illam D. Petri confessionem, quam eandem & sanctus Paulus post modis omnibus coram vniuerso mundo illustravit. Hoc solum indagabimus nunc, ecquid potissimum in Euangelio isto nobis proponatur. Duo namrum fidei nostraræ Catholicæ articuli hic comprehenduntur, quorum alter est de Christo, alter autem de Ecclesia. De utroque vero paucis dicimus ordine.

Priorem quidem quod attinet, tria in eo nobis statuantur ob oculos: primo videlicet, quinam & quid Chri-

Christus sit: secundo autem, vnde eius persona ac substantia cognosci possit: tertio vero, ecquid proficit Christum reuera cognoscere. Petrus aperiissimis verbis testatur, I E S V M illum Nazarenum, Matris virginis filium, vere esse Christum seu Messiam: & huiusmodi quidem Christum, qui non hominis duxtaxat sit filius, sed & filius Dei viuentis, verus nimirum & homo & Deus. Iudæi vnicè quidem Christi desiderio tenebantur: verum ignorabant interim, quod is venisset, & quis esset ille. Hinc nimirum, et si plebei magnisicè de Iesu nostro sentirent, propter videlicet præclaram ipsius doctrinam & insignia miracula: haberentque ideo illum, vel pro Ioanne Baptista, vel pro Helia, vel pro Hieremia, aut alio quopiam ex prophetarum numero: nondum tamen persuadere sibi poterat, quod esset ipse Christus. Arbitrabantur enim, aliter venturum Christum quam ipse venisset, solus Petrus, cum cæteris Apostolis & paucissimis alijs, nouerat ipsum vere esse Christum & Dei viui filium, quantumlibet vilis & contempta haberetur ipsius persona coram oculis carnis. Quia vero à tam paucis cognoscebatur, consequitur, singularem esse artem & insigne donum, ipsum vere cognoscere. Et sanè ars est hæc artium, scientiaque scientiarum. Nam (vt Christus ipsem et hoc testatur) non caro & sanguis (hoc est, homo vllus) reuelauit Petro cognitionem illam, sed D E V S Pa- ter coelestis. Quare? quia nemo nouit filium, nisi pater. Matth. vii. Omnis ergo, qui à patre didicit & quem pater traxit, cognoscit C H R I S T U M . Ioan. 6. Ideoque & Paulus ait, quod nemo possit dicere Iesum esse Dominum seu Messiam, nisi per Spiritum sanctum. I. Corinth. 12.

Sed age videamus, quidnam proficit Christū cognoscere.

scere. Non enim carere magno fructu potest, quodā tam excellenti doctore dicitur. Vocat Dominus Petrum ob confessionem & cognitionem hanc beatum. Beatitudo autem consistit in sempiterna pace, in perenni voluptate, & æterna vita: nec potest quid his ab ullo mortalium expeti excellentius aut iucundius. Consequitur ergo, Christi cognitione nihil esse neque utilius neq. magis necessarium: ideoque vere dicit alibi Dominus: Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Ioan. 17. Hæc de Christo breuiter dicta sunt: & sic confirmatur hic articulus fidei nostræ, quo confitemur, Iesum esse Christum filium Dei unicum, Dominum nostrum.

Cæterum agemus nunc & de Ecclesia paulisper. Ad hanc itaque quod spectat, itidem tria proponuntur nobis: primo nempe, quid Ecclesia sit: deinde autem, quæm firma ea sit: postremò verò, qua & quanta donata sit potestate. Ecclesia est, quæ dedicata existit supra petram CHRISTVM. Nam sic DOMINVS ipse eam hic definit. Ut autem appetiorem nos huius definitionis explicationem demus: est Ecclesia, cœtus omnium illorum, qui cum Petro conuentur ac credunt Iesum esse Christum, & filium Dei viuentis, huicque vnicè fidunt, atque ipsius verba & ordinationi sedulò obsequuntur. Et quotquot in hoc cœtu sunt, dicuntur & ipsi cum Petro à petra Petri seu Petri, à Christo Christiani: hoc est, firmi & invincibilis sacerdotes & reges. Immò non dicuntur solum tales, sed & reuera sunt. Nam hicit hic Christus, ne ipsas quidem inferorum portas valituras aduersus Eccleiam hanc. Quare? quia quos dedit Christo Pater, ut sunt Ecclesia membra, eos nemo potest de manu Christi rapere.

IN EVANGEL. CON. II.

pere.Ioan.10.Et:Si Deus pro nobis, quis contra nos
Hinc nimirum Paulus dicere audet, se certum esse,
quod nulla creatura nos separare possit a charita: Dei
qui sit in Christo Iesu.Rom.8. Verum ad potestatem quoque Ecclesie seu credentium veniamus.
Dedit huic Christus in Petri persona claves regni cœlorū, hoc est, potestatem cœli & claudendi & apriendi, facultatem peccatorum & remittendorum & retinendorum. Ne verò quis potestatem hanc contemnat aut parui ducat, addit Christus, ratum futurum in cœlo, quicquid Ecclesia vel ligauerit vel soluerit in terra. Nemo igitur rideat Ecclesia: ligationem, hoc est, doctrinam communinatricem, & excommunicationem: nemo quoque aspernetur eius solutionem, hoc est, doctrinam consolatricem & absolutionis Sacramentum. Quia verò ligat Ecclesia iniustos & impoenitentes, nemo putet se esse Ecclesie membrum, dum iniuste agit, & cor habet impoenitens: Et quia contrà admittit iustos ac soluit poenitentes, studiamus omnes iustitiae, aut agamus certe poenitentiam, quod sic aperiatur nobis regnum cœlorum, omnibusq; Christi bonis & hic in gratia & illic in gloria participemus.

IN IDEM CONCIO

TERTIA.

NE Epistola accepimus, ecquomodo excipientur in anno 55. mundo hoc pīj: nimirum, odio, vinculis, morte. In Euangelio verò præsenti audimus præcipuam causam, ob quam illi sic tractantur: quod scilicet filium hominis & credant & confiteantur cum Petro Christum esse, & Dei viuentis filium, quemadmodum & Paulus 1. Timot. 4. dicit: In hoc & laboramus & probriis afficiimur, quod spem fixam habemus in Deo vi-

ente, qui est seruator omnium hominum, maximè
hædilium. Sed ut contextum seu verba ipsa Euangelij
e consideremus paucis, duo præcipua nobis præfigun-
tur: primo nempe Christus, ipsum caput: dein vero,
Ecclæsa, huius corpus. Ad Christum quidem quod
attinet, tria habemus consideranda: quæ nimis sum
vera sit in ipsum fides, vnde hæc dimanet, & quid in
ea fructus consistat.

Est nempe vera in Christum & de Christo fides,
hunc nulli omnino personæ alij tribuere quam unius
filio hominis Domino Iesu. Nam habere ipsum dun-
tarat vel pro Elia vel pro Hieremia vel pro Ioanne
Baptista vel pro alio quopiam propheta, longè mi-
nus de eo sentire est quam dignum sit. Credere autem Iesu
esse Christum, credere est, quod is ille sit, quem
& Lex & Prophetæ omnes prænuntiarunt: nempe,
Sacerdos & Rex æternus, hostia, intercessor, media-
tor, expiator, redemptor, sanctificator, saluator, &
vita omnium. Si vero ille talis est Christus, est haud
dubie & filius Dei viuentis. Nemo enim expiare pec-
cata, seruare a morte æterna, & sanctificare, viuifi-
careque potest, nisi solus Deus. Est ergo homo Jesus
Christus, non adoptione Dei filius, nec spiritualis,
Desificatusque homo, neque nuncupatiæ Deus: sed re-
vera naturalis, æternusq; Dei filius & Deus, Deus in-
quam verus de Deo vero. Sic nimis de Iesu Christo
sentiendum est, nisi petre libeat.

Cæterum non discitur hæc fides seu cognitio ex car-
ne & sanguine, hoc est, humana industria ac ratione,
sed reuelatione Patris coelestis, vnde & suam Petrus
hausit. Nemo enim quovis filium, nisi Pater, Matt. xi.
& qui ab eo didicerit. Ioan. 6. Reuelat autem pater
coelestis filium, externè quidem per verbum suum &
prædicatum & auditum, interne vero per illumina-

tionē, vimō; Spiritus sancti. Quod hortabitur nōs,
vt & verbum Dei sedulō audiamus, Spiritus sancti
gratiam ambiamus gnauiter.

Postrō autem, fructus fidei huius, æternā est beatitudo, hoc est, insitio in corpus Christi mysticū, secu-
ritas à portis inferoru, & felix æternæ vitæ introitus,
bona tam modis omnibus excellentia, vt excellente-
ora esse non possint. Atq; hæc de Christo haec tenus.

Iam vero ad Ecclesiam quod spectat, tma itidem
expendenda nobis veniunt: primò scilicet, quid Ec-
clesia sit: secundò, quæ sit Ecclesiæ felicitas: tertio,
quæ eiusdem sit potestas.

Est animatum Ecclesia, domus mystica supra pe-
tram Christum extructa, hoc est, societas in Iesum
Christum Dei filium vere credentium, hunc agno-
scientium, & amplectentium pro vero lapide angula-
ri. Act. 4.

Huius aut Ecclesiæ tanta est felicitas, vt quemad-
modum domus supra firmam testificata petram, ne-
que ab imbris neq; à vento deiici potest, ita nec il-
la societas ab omnibus etiam inferorum portis (hoc
est, peccato, hæresi, Diabolo, persecutione, & morte)
vinci prosterniq; queat. Qui enim est in Ecclesia, is
Christi membrum, & Christus eius caput est: si ergo
Deus pro nobis, quis contrà nos?

Est vero tanta insuper Ecclesiæ potestas, vt claves
regni cœlestis habeat, vim ligandi atque soluendi:
hoc est, potestatem habeat prædicandi Euangelij, &
Sacramento rum administrandorum, ordinandi mi-
nistros, perque hos & ligandorum incredulorum ac
impiorum, & credentium, pœnitentiumque soluen-
dorum.

Ni igitur perire velimus, simus in Ecclesia: vt au-
tè à ligatione eius simus liberi, Verbu Dei & audi-
mos

et us & fide amplectamur, Sacramentis religiose utamur, poenitentiamq; & virtute pietatem perpetuo utegamus.

FERIIS VISITATIONIS MARIÆ, IN EPISTOLAM CON-CIO PRIMA,

Italica
versio qf.

Ecco iste venit falsus, &c. Cantic. II.

Ad hodiernam Lectionem probe & cum fructu intelligendam, externam omnino literam misam facere, & sensum internum ac mysticum indagare nos oportet. Is vero suauissimum, consolantissimumq; complectitur colloquium Ecclesiani inter & Christum: in quo quidem veluti in depicta aliqua ad viuum tabella nobis conspiciendum proponitur, primo quomodo Ecclesia affecta sit erga Christum, deinde quomodo Christus vicissim erga Ecclesiam affectus sit. Quantoperè autem utrumque cognitu cuius Christiano sit necessarium, norut illi, quibus compertum est, quid sit Ecclesia, quid Christus. Quare ut diligenter animaduertatis fratres in Christo charissimi, vos obnixè rogatos velim. Cæterum de Ecclesiæ erga Christum affectu principio paucis dicemus. Quod igitur ad hanc attinet, ex præsenti Lectione colliqueat, non secùs erga Christum affectam esse Ecclesiam, atque sponsa casta erga sponsum dilectissimum sibi. Ea vero sic erga sponsum suum affecta est, ut nihil impensius, ardentiusq; cupiat, quam ut eum præsentem possit videre, voce eius audire, osculis ipsi adlubescere, & familiariter cum ipso colloqui. Ita inquam & Ecclesia hoc vnum impensisimè, & semper desiderauit, & hodiè etiam desiderat, ut vocem sponsi sui Christi iugiter audire, ipsumq; coram cùm cernere tum alloqui posat. Initio

IN EPISTOL. CONC. I.

59

quidem corporalem ipsius præsentiam, cōspectum,
& colloquium expetebat. Vnde nimirum hæc vota:
Inclina cœlos tuos Domine & descendere. Psalm. 144.
Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperia-
tur terra & germinet saluatorem Esaïæ 45. Utinam
cœlos dirumperes & descenderes. Esaïæ 64. Oculen-
tur me osculo oris sui. Cantic. 3. Veniat dilectus me-
us in hortum suum. Cantic. 4. At nunc spiritualem
sponsi præsentiam, nimirum gratiam, & mysticum
colloquium, nempe verbum salutificum cū primis
esurit ac fitit: hinc isti clamores: Excita potentiam
tuam & veni, vt saluos nos facias. Deus virtutum cō-
uerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus.
Deus virtutum conuertere, respice de cœlo, & vide,
& visita vineam tuam. 79. Psalm. In hoc autem affe-
ctum, huiusmodi Ecclesiæ perspectum habere neces-
sarium & utile est, primò vt discamus quæ sit vera
Ecclesia, ea videlicet quæ ab uno pendet Christo, hu-
iusq; verbum sedulò vrget: deinde, vt nostri facia-
mus periculum, & nostram conscientiam examine-
mus, num & nos veræ Ecclesiæ simus membra. Certè
nisi hoc pacto erga Christum simus affecti, hoc est, &
ipsum & ipsius verbum vnicè suspiciamus, alienissi-
mi erimus ab Ecclesia, adulteri & scortatores. Atq;
hæc de Ecclesiæ erga Christum affectu hastenus.

Nunc audienius, considerabimusq; porrò, quomo-
do & Christus vicissim erga ecclesiam suam affectus
sit. Quod itaque ad hunc attinet, perinde & ex Lectio-
ne hac clarè colligitur, ipsum non secùs erga eam es-
se affectum, atque sponsus erga vnicè adamaram si-
bi sponsam solet. Is vero nihil habet prius, nihil ma-
ior studio conatur, quam vt quam primum suz ad-
sit, oscula in eam figat, confabuletur ei, & omnino
esse cum ea vinculo amoris indissolubili subdat. Ad
eundem

undem inquam modum & Christus ipse hoc vnum
moltur semper, vt iuxta sponsam Ecclesie adsit, eam gra-
tia iuxta oculis reficiat, eam per salutiferum sui E-
uangelij verbum alloquatur, consoletur, confir-
met, & sic proorsus vnum cum ea fiat. Hoc autem ve-
rum esse, re ipsa & olim testatus est & hodie etiam
testatur. Nam quemadmodum principio in corpora-
tali praesentia ab Ecclesia desiderabatur, sic etiam e
cœli montibus saliens in hunc mundum venit, & ste-
tit post parietem nostrum, hoc est, nostram anum-
psit humanitatem, & similis factus est capreæ hinnu-
loq; ceruorum, hoc est, in similitudine carnis peccati
apparuit nobis, ac posteaquam per prospicuum fe-
nestrarum & cancellorum, hoc est, per miracula di-
uinitatis suæ Ecclesiaz innotuerit, veluti ceruus for-
tissimus antiquum illum serpentem Diabolupi fu-
gauit per passionem & mortem, & ita Ecclesiam per-
petuò sponsam atque uxorem condonauit sibi. Item
quemadmodum iam ab Ecclesia in præsentia spiri-
tuali delideratur, sic quoque hodie præsentissimus
iphi adest & colloquitur, nimitem per Sacramen-
ta, per mysticam gratiam, & per verbum suum salui-
ficium: Hinc veniut hæ compellationes: Amica mea,
columba mea, formosa mea. Amicam autem Eccle-
siam vocat, quod eam dilexerit in mortem utique:
Columbam vero, quod simplex illa sit & ipsi fidelis:
Formosam denique, quod eam lauerit ab omni pec-
catorum immunditia, & effecerit sponsam sanctam
& irreprehensibilem, non habentem rugam aut ma-
culam. Porro hunc Christi in Ecclesiam affectum sc̄i
re ad hoc prodest, vt fidem nostram confirmatione
tedilamus, vtq; certo persuadeamus nobis, quemad-
modum semper erga suam Ecclesiam affectus fuit,
quod ita & posthac affectus esse velit, quantumlibet

alio-

alioqui posteriora nunquam obuertere videatur.
Stat enim firmum: Ecce ego vobis sum usque ad consummationem seculi.

IN EANDEM CONCIO SECUNDA.

Primò omnium obnixè vos velim rogatos, audi-
tores charissimi, ne Lectionem hanc ex verbis
externis alii metis, néve eam ut vilem & absurdam
aspergimini. Et si enim externus sensus humilis ad-
modum appareat, nilque magnifici pollicetur, est ta-
men sensus eius mysticus quo quis thesauro, immò au-
ro & topazio pretiosior. Ne autem vos multis amba-
gibus suspensos teneam, continetur hic colloquium
fidei & charitatis plenissimum, inter sponsam & spon-
sum, Ecclesiam & Christum: estque primaria eius pro-
positio de primo eiusdem Christi aduentu. Primo
loquitur sponsa Ecclesia, deinde & sponsus Christus
verba facit. Ecclesiae sermo nil nisi viuam ardente-
que spirat fidem: sermo autem Christi indicibili cha-
ritate vndeque exundat.

Caterunt ita dicit Sponsa Christi Ecclesia: Ecce iste
venit, saliens in montibus, transfiliens colles. Similis est dilec-
tus meus capra & hinnuloque cervorum. En, ipse stat post paries
terram nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. En, dilectus loquitur mihi. His verbis tria proponit:
primo enim declarat, vnde veniat Sponsus Christus:
secundò aperit, quomodo seu in qua veniat forma:
tertiò explicat, cui peculiariter lev in cuius gra-
tiam veniat. Quod attinet ad primum, dicit, eum
venire saliente in montibus, transfilientem colles,
hoc est, venire è celo, ex alto. Per montes enim
& colles celum ac sublimitas significatur. Sed
mentitur etiam in hoc: Nequaquam. Tota nanque

sacra scriptura clamitat, ipsum è cœlo venisse. Dzuid quidem inquit Psalm.19. Exultauit vt gigas ad currēdā viam, à summo cœlo egressio eius. Ioannes autem Baptista de Iesu nostro loquens sic ait, Ioan.3. Qui è cœlo venit, supra omnes est. Paulus vero dicit 1. Corinth. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo ipse Dominus de cœlo. Porro secundum quod attinet, dicit Ecclesia, similem esse dilectum suum Christum capre hinnuloq; ceruorum, eumq; stare post parietem nostrum prospicientem per fenestras & cancellos: quibus quidem verbis innuit, illum esse verum Deum, & assumptum simul humanitatem nostram, inq; hac venire. Nam per capram quę acutissimum habet visum, & ceruum qui celer est ac cornibus potens fugatq; venenosa, diuinitas significatur, eò quod Deo omnia sunt conspicua, quod is omnia peruadat, omnipotens sit, mala omnia solus possit profligare. Per parietem vero nostrum, post quem stat Christus, humana nostra natura intelligenda venit, quam ipse assumpsit, quaque suam textit diuinitatem. Sed num errat in hoc Ecclesia? Minime gentium. Habemus etenim certissima scripturæ testimonia, Christum Deum esse hominemq; factum. Sic inquit Baruch.cap.3. Hic est Deus noster, & non estimabitur alius aduersus eum: post haec in terris visus est, & cum hominibus est conuersatus. Ita & Ioannes inquit, Ioan.1. Verbū caro factum est & habitauit in nobis. Sic quoque Paulus Galat.4. Vbi venit plenitudo temporis, emisit Deus filium suum, factum ex muliere, hoc est, hominem conceptum & natum ex castissima virginе Maria. Iam quod ad tertium spectat, dicit Ecclesia, Christum venire ipsi, ipsique loqui. Verum num & hoc ita se habet? Omnibus modis. Nam yniuersa Scriptura id testatur. Esaias dicte

cap. 60. Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lux
 men tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia
 ecce tenebrae operient terram, & caligo populos, su-
 per te autem orietur Dominus, & gloria eius in te vis-
 debitur. Non loquitur hic de visibili Hierosolyma,
 sed de mystica, quae Paulo teste Ecclesia est, mater no-
 stra. Galat. 4. Paulus dicit 1. Timoth. 1. Certus ser-
 mo, & dignus quem modis omnibus amplectamur,
 quod Christus Iesus venit in hunc mundum, ut pec-
 catores saluos facheret. Inquit Christus ipse Luke 19.
 inquit: Venit filius hominis querere & salvare quod
 perierat. Ecclesie populus dicuntur peccatores & per-
 ditii, quod sepe peccatores & perditos estimant, vni-
 usque Christi iustitia & redemptione fituntur. Au-
 diuimus igitur nunc ex Ecclesiæ verbis, Iesum Chri-
 stum sponsum eius, nostrum Seruatorem, venisse è
 coelo, in humana & seruili forma, ad solius Ecclesiæ
 salutem.

Audianus verò iam vicissim & Sponsi Christi ver-
 ba. Ita dicit Ecclesiæ: Surge, propera amica mea, columba
 mea, formosa mea, et veni. Nam enim hiems traxit, imber abise-
 et recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus canticorum
 canum aduenit, vox turturis audita est in terra nostra, sicus
 protulit grossos suos, rince florentes dederunt odorem suum.
 Surge, propera amica mea, sponsa mea, et veni. Sponsa et colum-
 ba mea, in foraminibus petrae, in latibulo graduum, ostendo manu-
 his faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua
 dulcis, et facies tua decora. His verbis tria innuit Christus. Primum est, quid se ad veniendum moueat: se-
 condum est, quostrus unus suo adventu pariat Eccle-
 siæ: tertium est, ob quam finalem caussam & venerie
 & fructibus eam donauerit. Quod attinet ad pri-
 mum, indicat amicis illis epithetis, summam suam
 erga Ecclesiæ charitatem scilicet ad veniendum mouis-

se. Atque hoc esse verum, & Paulus Ephe. 5. testis est: Dilexit (inquietus) Christus Ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea, ut illam sanctificaret. Ceterum ad secundum quod spectat, declarat Christus, se suo aduentu mediante morte propulsasse hyemem & imbreem, hoc est, peccatum, mortem, Sathanam: & contulisse contraria Ecclesiae flores gratiarum, canticum suauissimum Euangelij, turturam veræ innocentia, fucus virtutum, vineas Spiritus sancti. Hoc autem verum esse, Scriptura abunde testatur, praesertim Euangelistæ & Apostolorum Epistolæ. At vero quod referunt ad tertium, ostendit Christus, in eum finem se & venisse & contulisse hæc dona, ut Ecclesia se veluti columba sequatur in vera fide charitateq; ardenti, ut illa se laudet ac prædicet, vtq; coram ipso conuersetur in iustitia & sanctitate. Quod si iam nos vera veræ huius Ecclesiae membra sumus, & agnoscamus huiusmodi insignia Christi in nos collata officia, & finali eorundem causæ pro omni virili satisfaciamus, hoc est, Christo adhaeremus fide petreia & graduali charitate, ipsum canamus & prædicemus, coramque ipso in verayitatem innocentia conuersemur.

Amplif. rep. hort.

IN EANDEM CONCIO TERTIA.

anno p. **L**ectio hæc ob id potissimum legitur hodiè, quod linea habeatur, dilectum salijisse in montibus. Nam hoc litera tenus in Visitatione Mariæ factum est. Dum enim illa festinanter in montana abiit, sicque & adscensu & descensu corpus mouit: haud dubie ipse quoque puer IESVS (verus nempe Dilectus) ea motione sursum ac deorsum motus est, atque

atque ita salijt quodammodo. Sed ad genuinum, sp̄l
ritualemque Lectionis tentum accingamur. Duas
pr̄sertim personæ introducuntur: Dilectus nimis
rum, & Amica. Dilectus Christus est: Amica autem,
Eccl̄ia, seu vnaquæque fidelis anima est. Ecclesia
primo loquitur, & loquitur quidē de Dilecto suo,
Christo nimisrum: Deinde vero loquitur Christus,
ad Ecclesiam quidem (suam videlicet Amicam) lo-
quitur. Veriusque autem verba paucis & audiemus &
expendemus.

Primo in Ecclesiæ verbis duo pr̄sertim nobis de
Christo proponuntur: unde videlicet is venerit, & cu-
ius sit naturæ. Venit nempe saliens in montibus, trā-
filiens colles: hoc est, venit e summo cœlo, è sinu Pa-
tris cœlestis. Non enim de terra est, ut cæteri homi-
nes, Ioan. 3.5. Ideoq; vocat illum Paulus Dominum
de cœlo & hominem cœlestem. 1. Corinth. 15. Venit
autē propter Ecclesiæ iuxta seu vniuersitatisq; animæ fa-
lutem, quenadmodum & Ecclesia in Symbolo ca-
nit: Qui propter nos homines & propter nostrām fa-
lutem descendit de cœlis. Et venit quidem exerte fa-
liens, hoc est, voluntariè, alacriter, ex amore: quenad-
modum & ipsem alibi dicit: Lusi in orbe terra-
rum, & deliciæ meæ sunt, ut sim cum filijs hominū,
Ecclesi. 14. Proverb. 8.

Iam vero cuiusnam sit naturæ Christus, id inde
elici potest, quod comparatur ab Ecclesia capreæ &
ceruo, quodque dicitur stare post parietem nostrum
ac respicere per fenestras. Caprea acutissimi est vi-
sus, ita ut venatorem à longè præuidere possit, nec
tamen ab illo videri queat. Ceruus vero fortis est ac
celer, fugatque serpentes ac omne venenum. Sic ni-
mirum & Deus verè acutissimi est visus: nam videt
omnia, ipse inuisibilis. Est quoque idem vere fortis,

ut qui est omnipotens: verè item celer, quippe qui nullo negotio vbiq; locorum sit: verè deniq; serpentiū: veneniq; omnis fugator, quippe sanctissimus & purissimus ipse, omninoq; peccati & impuritatis osor atque profligator.

Quum igitur Ecclesia dilectum suum, Christum inquam, capreꝝ, ceruoꝝ comparet, aliud nihil eo vult intelligi, quam ipsum verè esse Deum. Quòd autem is vere Deus sit, apud nos nullum est dubium, quodq; per omnia & capreꝝ, ceruiꝝ, proprietates spiritualiter habeat, sacræ literæ psalmi testantur, ut Hebr. 4. Non est villa creatura, quæ non manifesta sit in conspectu illius: vt Matth. 28. Data est mihi omnis potestus in celo & in terra: vt Ephe. 4. Ascendens supra omnes cœlos, implet omnia: vt deniq; 1. Ioan. 3. Ad hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera dia-boli. Summa igitur verborum Ecclesie est: Iesum esse Christum & filium Dei viuentis, eque cœlo iuxta diuinitatem descendisse ad terras.

Quòd vero dicit illum stare post parietem nostrum, & reipicere per fenestras, eo innuit, hominē quoque esse illum & hominis filium. Nam per parietem nostrum, & fenestras nostras, humanitas nostra seu nostra caro intelligitur. Est ergo sensus, quòd filius Dei ē cœlo in uterum virginis descendenterit, quòd verbum caro factum sit & habitauerit in nobis. Ioan. 1. & 3.

Sed audiamus nunc & Dilecti, hoc est, ipsius Christi verba, quæ de Amica sua Ecclesia vicissim loquuntur. In his vero istidem duo præcipua habentur: quid nimis Christus suo aduentu, & descensu Ecclesie contulerit, & quid vicissim ab ea exigat. Ad prius quod attinet: dicit hyemem transiisse, hoc est, placasse patris iram: imbrent abiisse, & recessisse, hoc est, abstulisse peccata, vicisse Sathanam, destruxisse

mortem: flores apparuisse in terra, & tempus putationis aduenisse, hoc est, omnia facta esse noua, reconciliatam esse iam Deo Ecclesiam, pacem & gaudium esse impetrata: vocem turturis auditam esse in terris, hoc est, se spiritum sanctum & Euangelicum gratiam impetrasse, misericordia: mundo: ficus denique prouulisse grossos suos, & vineas florentes suum dedisse odorem, hoc est, donatum esse per se hominibus iustificationis donum, fidem, spem, charitatem, & reliquias spiritus fructus, salutemque a deo aeternam. Quod autem Christus haec omnia contulerit nobis, ex scripturis testatis: nunc est.

Cæterum quod vicissim ab Ecclesia pro his tantis donis postulat, est, ut surgat & veniat, utque ostendat ipsi faciem suam, & sonare faciat vocem suam in auribus ipsius: hoc est, ut surgat a vitiorum somno, & veniat ad ipsum per fidem: utque in sanctitate & iustitia seruat coram ipso, atque ipsius nomen verbunque & gratiam coram vniuerso mundo publicè confiteatur.

Si ergo & nos tantis Christi fructibus participare cum Ecclesia cupimus, esseque sic & ipsi illius amici ac formosi: surgamus itidem a lepto incredulitatis & vitiorum, veniamus ad illum in foramina petrae per fidem & fiduciam in ipsius vulnera, simus quoque coram ipso sancti, & irreprehensibles per charitatem, atque ipsum intrepidè confitemur.

FERIIS VISITATIONIS MARIAE, IN EVANGELIVM CON-

CIO PRIMA.

Mariensi Maria, abut in montana cum festinatione in
civitatem Iudea, et intravit in domum Zacchaei.

Lucas 19.

LXXX. 3. Lucas.

Balaust.
ann. 1616.

Evangelium hoc multis quidē & insignibus fructibus constat: verum temporis oblitat angustia, quō minus eos omnes in præsencia hiceat pro dignitate prosequi. Quare cæteris omnibus relectis, vnum iam locum paucis vestræ charitati proponeamus. Is autem erit de effectu seu operatione veræ, viuæq; fidet. Nam huius vis ac energia pulchrit̄, nec minus insistē deprehenditur hic, cū in Maria Domini matre, cū in Elizabetha inlatrice Ioannis. Vos vero auditores optimi de materia tam honesta, vtili, necessaria, paulisper nos audire ne grauenimi.

Principiò quod ad Mariæ personam attinet, certissimum est, fide illam admodum sincera fuisse prædictam. Id enim satis, superq; testimonia est, quod (quā audiuit ab angelō se edituram orbi Spiritus sancti operatione Dei altissimi filium, Iesum Christum nostrū Seruatorem,) tandem dixerit: Ecce ancilla Domini, pater mihi secundum verbum tuum. Nam his verbis assuerauit, sc̄ ex animo angelī dictis credere, & posthac nihil exceptere prius, quam ut ea implerentur: quō nimilum sui filij opera humanum genus eriperetur deinceps ex peccati, mortis, Sathanæ, & inferorum fauicibus. Immò & Elizabethæ elogium Mariæ fidem satis indicavit, dum scilicet diceret: Beata quia credidisti, quoniam perficiuerunt in te, quæ dicitur sunt tibi a Domino. Verum quid huiusmodi fides in illa operata est. Primum tamen est operata humilitatem summam. Nam eti & prius humilis admodum esset, tamen posteaquam experiretur, quanto honore ipsam gratuito dignatus esset Dominus, multò magis sese coram ipso demisit, ut potè summam ipsius maiestatem, & suam contraria indignitatem considerans: hinc nimilrum ancillam le Domini vocauit. Secundo hæc ipsa fides officiositatem etiam ac charitatem effecit in Maria: simulat-

mulaque enim ex angelis verbis cum suam, tum etiam Elizabethae felicitatem, ut quæ in senectute iam filium conceperet, didicerat, euestigio ipsam Elizabetham per montana adiit, congratulataque est ei de misericordia ipsi à Domino praestita, atque adeò per menses etiam aliquot cum ea mansit, & ei inseruit. Tertiò huiusmodi fides in Maria & insigne illud laudis, gratiarumque actionis sacrificium, quo vnicè delectatur Dominus, extorsit. Vbi nanque & Elizabethae felicitatem & suam ex mutuo colloquio magis ac magis spenderet, tota tandem & anima spiritu magnificauit Dominum Seruatorem suum, laudibus concelebrans summiam ipsius potentiam, misericordiam, & in promissis veritatem. En tantam vim in MARIA fides illa viua exeruit.

Cæterum quod ad Elizabethae attinet personam, manifestissimum est, & ipsam vera fide praeditam fuisse. Hoc enim abundè satis declarauit, quod fructum illum ventris Mariæ vocauerit benedictum, & agnoverit Dominum suum. Sic enim ait: *Benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc natus, ut veniat mater Deus noster mei ad me?* Siquidem his verbis testata est, se habere persuasissimum, quod infans ille quem gestaret Maria, esset benedictum illud semen mulieris, quod caput serpentis esset contritum, quod item esset semen illud Abrahæ, in quo benedicenda essent omnes cognationes terræ, hoc est, verus Melchias, DEI filius, orbis seruator. At quosnam fructus fides hæc in ipsa designauit? primo quidem operata est (ut & in MARIA) singularem animæ demissionem: nam indignam se censuit, ad quam Domini mater, atque adeo Dominus ipse venire: rata est, abundè satis sibi praeditum esse beneficium,

quod anus iam paritura esset filium, non promeruerat, & ab ipso Domino praesens insuper inuisi. Deinde fides charitatis etiam officia in Elizabetha exeruist: nam & summa veneratione exceptit matrem Domini, & laudando etiam ad fidei constantiam illam exhortata est. Inde nimis dixit: Perficiuntur ea quæ dicta sunt tibi a Domino. En, tantæ energiæ in Elizabetha fuit fides.

Porrò quemadmodum fides in Maria & Elizabeth potens & efficax fuit, sic in omnibus etiam electis operata est. Et hinc primo claruit, habuisse illos veram fidem, fusileque proinde electos: deinde etiam inde æternam consequuntur: sunt in eis hereditatem. Quare monemus iam nos, ut si itidem veri electi videbitur velimus, & æternam felicitatem fidei promissam consequi, omnibus huc modis per Domini gratiam enitanur, quod fides nostra non otiosa & mortua inueniatur, sed efficax, operans, viua. Huc nimis & D. Petrus hortatur nos his verbis: Omnes (inquieti) curam adhibete, ut in fide vestra inimitabilem virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Haec enim si vobis adsint & exuberent, non vacuos nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Iesu Christi cognitione. Cui au-tem non praesto sunt haec, cacus est, & manu palpans, oblitus sese a veteribus peccatis suis fusile putgatum. Quapropter fratres magis operam date, ut per bona opera firmam vestri vocationem, & electionem faciatis. Hujusmodi igitur apostolicam exhortationem sequamur, & insignia illa Matris virginis ac Elizabethæ exempla pro viribus imitemur.

IN EVANGEL. CONC. II.

mur. Ita futurum est, vt & Deo gratissimum praestemus cultum, & Mariam acceptissima veneracione affectiamus, & fidei nostrae finem salutem animarum nostrarum adipiscamur.

IN IDEM CONCIO

SECUNDA.

IN hac Euangelica historia duæ nobis mulieres proponuntur: altera est Maria: altera Elizabeth. illa virgo est, hæc vxor. Vtraque est mater & granda, & id utrinque supra naturam. Prior enim virum omnino non cognouit: Posterior autem, et si virum habeat, est tamen naturâ sterilis, adhæc iam anus effœta. Altera vero gestat Dominum, altera vero seruum: illa Messiam, hæc Heliam præcursum: illa Deum, hæc Angelum. Proponuntur autem hæc duæ nobis, vt nobis sint exemplo, vt illarum vestigia discamus insequi. Consideremus itaque & contemplemur utrunque summa diligentia. Sed quid igitur fecerunt aut dixerunt, in quo imitari eas debeamus? Id iam audiemus commodum.

Mariæ personæ primo nobis occurrit, ergo de hac primum dicemus. Sic Lucas inquit: *Eurgens Mariam in diebus his, abiit in montana cum felinatione in civitatem Iudea: et intravit in domum Zaccharie, ac salutauit Elizabeth.* Salutare, est bona & salutem alicui impetrari, gratularique ei felicitatem. Alteri autem optare bona & gratulari, insigne est charitatis opus: nam nihil magis charitas vehementiusque urget. Quando igitur Maria Elizabetham salutauerit, consequitur, eam egregium exhibuisse charitatis officium, immo & singulari usq[ue] esse humilitate: haud dubie enim magna humilitas est, quando principis mater inuisit matrem seruuli. Ut vero elucescat, admodum since-

FER. VISITAT. MARIAE

ram & ardente in Maria fuisse charitatem, signanter dicit Lucas: cum festinatione eam adiisse cognatam veranque & visceralis charitas non quicquam cere nouit, non potest satiari, nisi quam primum sese exerat, inque proximi sinum totam effundat. At quid nani in illa charitatem huiusmodi excitauit? Sola fides in verbum Dei per Angelum ei annuntiatum. Didicerat enim ex Angeli verbis, non solum se concepturam filium Dei, sed & Elizabetham cognatam suam sterilem & anum filium in senectute sua conceperisse. Ergo quia hisce verbis constanter credidit, haudimpi fide mota est, ut non sibi modo, sed & conguata Domini misericordiam gratularetur. Non enim potest fides vera & viua feriari, non latere, sed prodit ac operatur. Hoc igitur exemplo Marie admonemur, ut & nos hoc pasto fidem in nobis finamus esse efficacem, hoc est, ut persuasi sumus, Deum Opt. Max. nobis bene velle ac propitium esse, sic & alijs porrò nos bene & valimus & faciamus, humilitatemque animi insinuemus, etiam si alioqui longè illis simus digniores.

Verum quid Elizabeth contigit? quid ea fecit? Audiamus Lucam: Et saltu[m] est (inquit) ut audiuit salutationem Marie Elizabeth, saliens infans in utero eius. Et repleta est spiritus sancto Elizabeth, exclamauitque vox magna, & dixit: Benedic tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut saltu[m] est vox salutationis tue in auribus meis, enulta mea pra gaudio infans in utero meo. Et beata que credidit, quia perficiuntur ea quae dicta sunt ei à Domino. Hic fides omnia fuit plenissima. Sensit infans in utero Dominum sui presentiam, eoque exiliit. Agnouit Elizabeth initium spiritus Domini matrem, agnouit & ipsam Dominum. Domiu[m] igitur, fructum vestris

Mariæ,

Mariæ, agnatum benedixit, hoc est, laudavit, cecinit, prædicauit, ut pote benedictum illud semen mulieris contritum serpentis caput, semen illud Abramæ benedictum, seruaturumque omnes terræ congnationes. Gen. 3. 22. Ipsam vero tanti fructus matrem, & beatam pronunciauit & in fide consummavit. Atque in tantum sane benedixit ac extulit, ut indignam se iudicet eius aduentu. Sic nimurum vera fides (ut & diximus) semper prorumpit in opera, testam facit confessionem, in laudes Dei diuinorumq; donorum effunditur, charitatem ac humilitatem aliosque spiritus fructus exercit. Sed quid Maria ad hæc? Num elatior hinc facta est? num tanti fructus conceptionem, suamq; beatitudinem a scripsit proprijs meritis? Nihil minus. Perinde humili permanuit, omnemque gloriam in fontaneum auctorem Deum transfudit. Hunc magnificauit anima eius, in seruatore Deo eius exultauit spiritus. Porro quod reliquum est, quemadmodum in Maria charitatis flagrantissimæ admoniti sumus, ita & Elizabethæ exemplo ad veram viuamque fidem, fidei confessionem, Dei laudes, humilitatem incitabimur. Sic & nos inuiser Dominus, & perficietur ea in nobis quæ Deus promisit ele&ius: Amen.

IN IDEM CONCIO

TERTIA.

IN iucundissima huius Euangelij historia admoti duin graphicè veræ fidei ingenium & vis nobis depingitur: quod nimurum ea non sit otiosa & sterilia, sed operosa ac fructifera. Id enim & in Maria & Elizabetha luculenter videmus, sed omnium maxime in Maria. Verum ipsis Euangelij contextum expendamus paucis ordine, quod fides vis magis, magisque

magisque elucescat. Sic igitur initio inquit Lucas:
 Maria in diebus his, absit in montana cum festinatione,
 &c. Quod Euangelista principio tam exerte tempore
 annotat, eo respicit ad precentiam nempe ad fidem
 Mariæ, qua illa Angeli dictis tanquam indubitate
 Dei verbo credidit, atque ita mox inde filium
 Dei concepit. Deinde quod dicit Mariam exurrexisse,
 eo primum fidei fructum delineat, nempe gaudi-
 um, & conscientiam tranquillitatem propter placatum
 patrem. Nam sc̄p̄e in sacris literis, exurgere idem
 significat quod gaudere. Iam quod Maria cuestigio
 post conceptum Christum, & exurrectionem abiit
 in montana ad salutandum Elizabetham, idq; tan-
 ta cum festinatione: inde fidei indoles & vis declara-
 tur nobis, quod nimurum ea statim, & summa vehe-
 mentia extrudat hominem credente ad diuinę mi-
 sericordię inuulgationem, & proximi dilectionem.
 Quia enim Maria summam erga se Dei bonitatem
 experta erat, non potuit sibi temperare, quin eandem
 & alijs depraedicaret, quo nempe ea à plurimis
 agnosceretur, & sic regnum Dei propagaretur. Quia
 vero audierat ex angelo, ipſi etiam Elizabethę co-
 gnata suę misericordiam Dei exhibitam esse, ad
 hanc potissimum abiit, ut scilicet congratularetur
 ei, eam in fide confirmaret, & ei quoque inseruiret.
 Tales itaque effectus & in nobis fidem operari oportet,
 si quidem de vera & viua velimus gloriari. Sequitur:
 Et factum est, ut audiuit salutationem Mariae Elizabetha,
 salut infans in utero eius, &c. Hic Elizabethę fides se-
 ſe prodidit vñā cum suis fructibus & effectibus. Pre-
 dixerat angelus Zaccharię, Ioannem repletum iri in
 utero materno Spiritu sancto. Hæc nimurum pro-
 missio hic completa est: nam Spiritus sanctus effe-
 cit, ut saliret infans in utero. Repletus autem est Io-

annus Spiritu sancto per eum, quem gestauit Mariæ uteruſ, nempe filium Dei Iesum Christū. Immò per hunc & ipsa mater Ioannis Elizabetha Spiritu sancto est repleta. Sed quando Spiritu sancto repletus est Ioannes, quando eodem & Elizabetha repleta est: Similatque facta est salutatio Mariæ. Hæc salutatio fuit illis tanquam verbuni Dei: ex eius ergo auditu statim Spiritus sanctus cordibus illorum illapsus est. Sic videlicet per auditum verbi Dei datur Spiritus sanctus, & per hunc infunditur mox fides. Fides vero operati mox gaudium, operatur fidei confessionem, & reliqua fidei opera. Ut itaque & Elizabetha per Spiritum sanctum fidei donum accepit, primò quidem sensit sumimum gaudium, hinc vero in fidei confessionem continuò erupit, deinde in humilitatem, tandem & in charitatis opera. De gaudio nullum est dubium, vt quod vel ex Ioannis exultatione satis colligitur, & exclamacione Elizabethæ. Multò minus de fidei confessione dubium est, vt quam expressis verbis exprompsit, agnoscens Mariam benedictam illam mulierem & Messiam matrem, & huius fructum benedictum illud mulieris atque Abraham semen, Dei filium & Dominum suum. Humilitatem verò in hoc non obscurè declarauit, quòd se indignam fassa est, ad quam veniret Domini sui mater. Charitatis denique opera exercuit in hoc, quòd & commendauit Maria, & hanc in fide confirmauit, vocans scilicet eam beatam, & dicens omnia à Domino dicta in ipsa completa iri. Nam absq; dubio charitatis ell, de alio magnificè sentire, & alios in fide cōfirmare. Videmus igitur rursum, vt in Maria, sic & hic in Elizabetha. fidem veram non esse otiosam & moc tuam, sed feracem bonorum operum. Enitamus ergo, vt & nostra fides talis, tantaque sit.

Sequitur: Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum,
Et exultauit spiritus meus in Deo meo seruatore meo, &c. Hic
primum infigne humilitatis exemplum in Maria no-
bis commendatur, ut quæ tanto omnino ab Eliza-
betha encomio euecta, nontamen superbijt, sed ni-
hilominus sese humiliavit, indignitatem suam ag-
nouit, & merita sua exclusit. Nam inde vocat sese ad-
huc anciliam Domini, eam humilem, hoc est, vilem
& abiectam. Deinde verò & eximum habemus hic
in Maria diuinæ laudis & gratiarum actionis para-
digma, ut per quam acceptum beneficium soli diui-
næ munificenter tribuit, Deum solum ob hoc & ani-
mo & spiritu laudauit, ei que solum gratias egit. Lau-
dat autem Deum & gratias ei agit propter tria, mi-
sericordiam nimirum, potentiam, & veritatem. mi-
sericordiam quidem, quod ipsam Deus respexerit,
hoc est, sua gratia præuenierit & magnificis accumu-
lauerit honoribus, eligendo nimirum ipsam in filij
sui matrem: potentiam verò, quod Deus superbos &
diuites deiiciat, eleuetque contra humiles & esurien-
tes, mittendo nimirum filium suum pauperibus, &
misericordia peccatoribus: veritatem autem, quod Deus
per missiōnem filij sui promissiones patribus factas
affatim exhibeat, donans hunc (iuxta suas promis-
siones) & Iudeis & Gentibus seruatorem. Hæc sum-
ma est Cantici. Quemaduocum igitur Mariam imi-
tari studeimus in fide, sic imitemur eandem & in
hiuic fidei operibus, effectibusque: simus humiles, si-
mus verecundi & modesti, flagreinus charitate erga
proximum, laudemus Dominum, huic gratias aga-
mus, huic omnem salutem seramus acceptam, hu-
ius denique regnum & gloriam sedulò propage-
mus. Sic enim verè honorabimus Mariam, immo in
Maria ipsum Christum, ideoque & Patrem & Spi-
ritum.

tum sanctum. atque ita tandem & ipsi lati frueinur
ijsdem gaudijs, quibus iam frigitur Maria vnà cum
omnibus sanctis. Id quod præstare nobis dignetur
Trinitas sanctissima.

FERIIS MARIAE MAGDALE- NAE IN LECTIONEM CAN- TICORVM CONCIO

PRIMA.

*In afflictione meo per molles quasias cum, & non
miseris, &c. Canticorum III.*

Diuus Paulus 2. Corinth. 3. inquit: Litera occi-
dit, spiritus est qui vivificat. Hoc profectò dicitur. *Habita*
& tum cùm multis è locis verum esse probetur, tum in
hac Lectione præsertim evincitur esse verissimum.
Nam si quis ita verba, vt sonant, intellexerit, carna-
lem inde deprehendet amorem, & tum se tum alios
occidet, hoc est, seducet & in errores ablaetabit: Ad
si spiritualem indagauerit sensum, merum inueniet
spiritum, meram vitam. Spiritualis autem sensus
tria potissimum nobis proponit. Primum est, a quo
queratur Iesu: secundum, ubi inueniatur ille: tertium,
quomodo inuentus tractetur. De his tribus
non nihil ordine diceimus per D O M I N I gratiam.
Vos vero auditores optimi ea summa animi atten-
tione accipite.

Quod ad primum sanè attinet, sic habet Lectio:
*Quasius illum, quem diligat anima mea. His verbis declara-
tur, Iesum Seruatorem ab illo potissimum queri,
qui ipsum diligit: diligat autem qui ipius sentit amo-
rem: sentit vero amorem eius, qui sua peccata agno-
scens & de ihs contritus credit, adeoque persuadet si-
bi, se apud ipsum gratiam, misericordiam, remissio-
nem, & redemptionem inuenturum. Quicunque*

igitur sese peccatorem agnoscit, pro peccatis dolet,
 a his per Christum se credit liberatum iri, si ipsum
 regna querit. Ita numerum quæsiuit illum mulier
 per eum, cuius in hodierno Euangelio mentionem
 habemus: sic quæsiuit illum adultera Chananæa,
 Petrus, latro in cruce: sic querunt omnes quibus cor
 di est salus. Ad huiusmodi autem quæsitionem in
 hunc modum nos Syrach ille sapienshortatur: Sen-
 tentia inquietus de Domino in bonitate, & in simpli-
 citate cordis querite illum. Quoniam inuenitur ab
 his qui non tentant illum, apparetque eis, qui fidem
 in illum habent. Et Esa. cap. 55. Quærite Dominum
 dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est.
 Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogita-
 tiones suas, & reuertatur ad Dominum, & misere-
 bitur eius, & ad Deum nostrum: quia multus est ad
 ignoscendum.

Iam vero quod attinet ad secundum, sic Lectio
 potro habet: In lectulo meo per noctes quæsiui illum: quæsi-
 us sum, & non inueni. Surgam nunc, circuibo ciuitatem, per
 plateas queram quem diligit anima mea: quæsiui illo
 lum, & non inueni. Inuenierunt me vigiles, qui circumueunt ciu-
 tam, & daxi: Num quem diligit anima mea vidistis? Paulus
 item quoniam pertransiisse eos, inueni quam diligit anima mea.
 Hoc verbis inclatricit, non vobisbet, neque quibusq;
 modis inueniri Iesum à querente. Qui querit illum
 in lectulo per noctes, hoc est, in carne, in ignorantia,
 hoc eis, qui adhuc carnaliter de ipso sentit, pu-
 tatio; ipsum tantum esse hominem, quemadmodum
 Pharisei, & bona pars Iudeorum existimauit, ille
 querit quidem ipsum, at non inuenit. Est enim non
 vulgaris homo, sed plus quam homo. Qui item quæ-
 rit illum in vicis & plateis, hoc est, considerat ipsius
 miracula & opera, & inde Prophetam illum agno-
 scit, is

scit, is processit quidem nonnihil, verum nondum tamen ipsum ut debeat inuenit. Et nanque non Propheta solū (qualem illum habebant hi, qui Ioannem Baptistam, Eliam, Hieremiam ipsum esse arbitrabantur) sed est plus quam Propheta. At qui querit illum apud vigiles, hoc est, apud Euangeliastas & Apostolos, in Scripturis, hoc est, ex sacris litteris discit ipsum esse & verum hominem & verum simul Deum, hominum creatorem, Prophetarunt omnium Dominum, is eum demū vere inuenit. Ad hanc verò questionem sic D O M I N V S ipse hor-tatur, Joan. 5. Scrutamini scripturas, qui vos putatis in ipsis vitam æternam habere, illæ de me testimonium perhibent.

Cæterum quod ad tertium ac ultimum attinet, ita habent porro Lectionis verba: Tenuis eum, nec dunit tam, donec introducam illum in domum matris meæ, et in cibulum generis meæ. His verbis explicatur eum, qui inuenit Iesum, usque adeò illo delectari, tantos in eo inuenire thesauros, ut statim omnium aliarunt placentium rerum oblitus, ipsi mordicus fide adhæreat, ipsum amore intimo complectatur, ipsum animo suo & pectori altè infigat, ab ipso nunquam se auelli patiatur. Sic nimirum ipsum tenuit Petrus, dum diceret: Domine ad quem ibimus? verba vitaæ æternæ habes. Sic & Paulus ipsum apprehendit, quando inquit: Certus sum, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate DEI, quæ est in C H R I S T O I E S V Domino nostro.

Repete, & hortare.

IN EANDEM CONCIO
SECUNDA.

Huius Lettionis verba, animè verè pœnitentis & credentis verba sunt, generaliterque cuius pœnitenti conueniunt Attributa autem sunt hodierno præferrim festo, quòd anima Maria Magdalena verè talis fuerit. Nam ut hic audiuimus, animam (vbi frustà quæliet amiculum suum in lecto) surrexisse & quæliuisse illum in ciuitate per vicos & plateas, inuenisseque eum tandem postquam custodes ciuitatis pertransisset: ita etiam in Euangelio audiemus, Mariam Magdalenam in ciuitate anxiè vbius locorum quæsiisse Dominum nostrum Iesum Christum, & inuenisse tandem hunc in ædibus Pharisæi, qui & ipse fuit custodum ciuitatis unus, hoc est, ludeorum princeps, & doctor. Quemadmodum item audiimus hic, animam amiculum inuentum tenuisse, nec dimisiisse donec adduxisset illum in domum matris suæ: sic in Euangelio audieamus, & Mariam pedes Iesu quæsiisse amplexam, hos rigasse lachrymis, capillis exterrisse, deosculatam esse, & vnxisse, nec destitisse, donec audiret: Fides tua te saluam fecit, tuale in pace. Quum itaque Lectio hæc tam pulchre cum Euangelij historia conueniat, admodum sanè conuenienter patres eandem ad hodiernum Mariæ Magdalena festum ordinauerunt.

Sed consideremus iam paucis ipsum sensum verborum, quibus anima pœnitens vteatur, idque ad nostram omnium doctrinam. Sic ergo inquit: In dilectione meo non nobles quæsiunt, sed diligit anima mea. Quæsi illum, & inueniens. Per lectulum debemus intelligere rationem huianam, & sapientiam carnis vna cum omnibus eius studijs & operibus. Nam in his placet sibi hynio

homo animalis, & quiescit, non secūs ac quis in lesto. Per dilectum autem, pacem conscientię, & salutem æternam intelligere debemus. Quicunque igitur per rationem humanam, & sapientiam carnis, hoc est, suis ipsius consilij, viribus & operibus, se à peccatorum agnitorum mole ac conscientię inquisitione liberatum iri, pacemque veram, remissionem peccatorum, & salutem æternam consequutum arbitratur, is sane & non inueniet quod querit. Non enim habitat in carne nostra bonum. Rom. 7. non percipit animalis homo, quæ Dei sunt. 1. Corint. 2. & sapientia carnis inimica est Deo. Roman. 8. 1. Corint. 3. Hoc primo hic discamus.

Sequitur vero : Surgam nunc, ex circuibo ciuitatem per ricos plateas, quaramq; quem anima mea. Quesiu illum, non inueni. Ciuitas, sanctorum Ecclesia est, Psalm. 45. 46. 86. Apocalip. 21. Vici vero & plateas huius ciuitatis, sacra sunt Biblia, vetus & nouum testamentum. Nam his innititur Ecclesia, & super his incedunt quotquot agunt in Ecclesia. Per surrectionem autem animæ, abnegatio sui regle intelligitur. Sensus ergo est: quisquis cum fructu quære revult amicum suum, pacem inquami conscientię, & salutem, is ante omnia surgat oportet, hoc est, se ipsum abneget, & omnem suam sapientiam, responsionemque abiiciat necesse est. Atque hoc pulchritud illud Pauli quadrat: Si quis sibi videtur sapiens esse inter vos, in seculo hoc stultus fiat, ut reddatur sapiens. 1. Corinth. 3.

Cæterum deinde sacram scripturam accedere illum oportet: nam hæc lucerna est pedibus nostris, & lumen semitis nostris, Psalm. 118. atq; ob id & David ibidem inquit: Cogitavi vias meas, & conuertipe des meos in testimonia tua: & rursum: Viam man-

datorum tuorum cucurri, quum dilatasti cor meu.
Sed dixerit hic quispiam: Si sacræ literæ via sunt ad
quærendum & inueniendum amicum, quir ergo
queritur anima se nondum illum ibi inuenisse? Re-
spond. Sacra scriptura liber clavus est, & litera occi-
dens: non ergo ab omnibus inuenitur in ea recta se-
gunda, tellibus & Iudæis & Turcis & Hæreticis. Nam
hi omnes quotidie euoluunt sacra Biblia, & adeò ta-
men non inueniunt regiam viam, ut & longius, lon-
giusque ab ea exorbitent. Ducibus nimis & mon-
stratoribus opus est. Hanc itaque ob causam & se-
quitur portio in Lectione: Inuenerut me custodes, qui ero
cum euntes cunctatem. His ego dixi: Num, quem diligit anima
mea rediessi? Paulum quum pertransiſsem ab eis, inueni quem
~~adiuverit in euntem~~, Cultodes eiuitatis, sunt pastores &
doctores verbi Dei: nam his Ecclesia commissa est.
Ezech. 3. Act. 10. hi habent clauem scientiæ & regni
Dei. Matth. 16. Quicunque igitur feliciter in sacra
scriptura vult verlari, is non debet suum sensum se-
qui, sed hos audire & consulere. Alioqui vel in eunu-
cho illo videmus, Act. 8. quam frustra legat scriptu-
ram quis, nisi accedit Philippus quispiam, qui eam
interpretetur. Philippus ille diaconus ex scripturis
prædicauit eunicho Iesum Christum, per hunc con-
tingere pacem, remissionem peccatorum, & salutem
æternam. Sic ergo & prædicatores penitentibus ex
scripturis prædicant Iesum Christum crucifixum:
docentque, quomodo & ubi sit inueniendus, nimis
rum per veram cordis contritionem, per humilem
confessionem, per fidem in ipsum, & per vera peni-
tentia opera. Per haec enim & in his inuenitur Chri-
stus. & in hoc pax salusque.

Verum quid fecit anima, ubi dilectum inuenit?
Sic ea inquit: Tenui ~~anum~~ dimissam, donec introducam il-

*Iam in domum propriam matris mee, & in cubiculum generis
sumee. Non satis est inuenisse thesaurum aliquem,
sed & seruari, tenerique hunc oportet: sic nimur
non sufficit gratiam Christi semel cōsequutum es-
se, sed & hanc retineri necesse est. Tenerus autem
Christus seu gratia eius constanti fide & virtute inno-
centia. Quicunque ergo Christum & eius gratiam
retinere cupit, fide praeditus sit constanti, & in vita
innocentia ambulet oportet.*

Imitemur itaque & nos omnes animam pœnitenti-
tem, quæramus Christum in scripturis ex ore concio-
natorum, & iuxta horum consilia quæstū, inuen-
tūque & fide & innocentia mordicus retineamus, ut
totus in nobis habitet, sicque tandem & nos vicissi-
sim in domum introducat patris sui, hoc est, in æ-
ternā gaudia.

FERIIS MARIAE MAGDALE- NAE, IN EVANGELIVM CONCIO PRIMA.

*Regabat Iesum quidam è Phariseis, ut caperet eis
bum cum ipso. Et ingressus domum
Pharisei, &c. Luca VII.*

IN Lectione habuimus figuram animæ vere pœni-
tentis: at in hoc Euangelio, in peccatrice nimirum muliere, expressam habemus hominis vere pœnitentiæ veritatem, viuumque exemplar. * Illic enim anima conuersa fatetur, se noctu in lectulo suo qua-
suisse amicum suum, nec inuenisse: sic & hæc pecca-
trix diu in nocte & lectulo concupiscentiarum, ope-
rumque carnalium requieuit, ideoque frustrè qua-
suiit verum illum amicum Iesum Christum. Quem-
admodum vero pœnitens anima mox dicit, se sur-
rexisse, circuuisseque ciuitatem & plateas, ut inueni-

get amicum quæsitus, nec inuenisse illum tamen:
Iea & mulier hæc peccatrix, simulatque resipuit, per
totam ciuitatem, & in foro & in plateis quæsivit
Dominum I E S V M, neque illum tamen inuenit.
Consequenter verò, quemadmodum anima resipi-
scens ait, ubi inuenisler vigiles & custodes ciuitatis,
eosque paululum pertransisset, tum demum se in-
uenisse dilectum suum: ad eundem modum & pecca-
trix mulier tum tandem Dominum Iesum inuenit,
vbi accessit vigiles, & custodes ciuitatis, Pharisæos ni-
mirum & scribat: nam apud hos tum temporis pran-
debat ille. Postremo verò, quemadmodum anima
de se dicit, quod inuentum dilectum nolit dimit-
tere, donec introducat illum in domum patris sui,
& in cubiculum genitricis suæ: sic & peccatrix illa,
vbi retrò accessit Dominum, tenuit pedes illius,
nec cessauit lachrymis suis rigare & capillis exterge-
re eos, donec omnium peccatorum suorum remis-
sionem & pacem consecuta esset. Vide, tanta simi-
litudo est inter verba Lectionis prælectæ, & histo-
Eucœlio riam Euangelicam. **Si igitur figura nobis com-
mendabilem fecit, ut meritò debuit, pœnitentiam:*
50. *multò certè magis ipsa veritas, & viuum exemplum,*
quod in muliere videmus, hanc nobis commenda-
re, & ad eam inflammare nos debet. Nam longè uti-
que fortius commouere solent viua exempla, quam
nudæ parabolæ.

Consideremus ergo & ipsam mulieris pœnitenti-
am & pœnitentia opera, consideremus quoque sua
mam Domini Iesu & manuetudinem & clementi-
am. Fuit mulier hæc peccatrix, forte scotum publicum.
Sed quales nos sumus? Certe & ipsi peccatores
sumus omnes. Ut cunque cum Simone Pharisæo in-
nobis ipsis videamur, & foris etiam fortasse appa-

reamus, tamen in cunctis, & coram Deo sumus iniusti-
tia omni pleni, adeò ut ipse etiam iustitie nostrę sine
ipſar panni menstruat. Si non omnes laboramus
externa scortatione, vt hæc mulier, laboramus ta-
men interimi flagitijs alijs multò crassioribus, fur-
to, adulterio, homicidio, periurio, ebrietate, rapi-
na, &c. Atque etiamſi & his forte careamus, flagrat
tamen animus interne libidinosa concupiscentia,
ira, odio, inuidia, & omni malitia. In summa, eti-
amſi vel ipſo Simone ſimus iustiores, debemus ta-
men creditori D E O : & tantum quidem debemus,
ut non ſoluendo ſimus vñquam. Quid igitur fa-
ciendum erit? Vitare debemus Simoni exemplum,
& imitari mulierem peccatricem: Hoc eſt, primò,
quum peccatores ſimus, ne videamur nobis iusti;
deinde, ne iudicemus aut condemnemus peccato-
res alios, ne eodem iudicio & nosipſos condem-
nemus: tertio, ne inuideamus alijs ſalutem, neque
condemnemus eos qui peccatores poenitentes re-
cipiunt. Nam hæc obſeruanda veniunt in Simo-
ni persona.

Sub hæc vero, quum imitati ſimus mulierem pec-
catricem peccando, imitemur eandem & poeniten-
do. Scimus, quis sit fructus peccati; nimur hic
ignominia, & pōst mors æterna. Nam ſic nos do-
cuit Paulus Dominica exacta. Quum ergo ſimus
peccatores, & tantum supplicium capitibus no-
stris immineat, agnoscamus, detestemurque pecca-
ta, ſed ex animo, non nudis verbis. Non erubuerat
mulier peccare, ſed nec fateri peccata erubuit: er-
go nec nos erubescamus confiteri, quod facere non
erubuimus. A tergo illa ſterit, quod indignam ſe iu-
dicaret D O M I N I facie: ſtemus igitur & nos à
tergo, hoc eſt, indignos nosmet diuina gratia iudi-

cemus, immo potius dignos aeternis gehennam incen-
dio. Illa chrymata illa est, tot effudit lachrymas, quo
antè ex peccatis patratis conceperat gaudia: sic ergo
illa chrymenus & nos, tantum dolentes ob peccata
commisa, quantum in eorum patratione concepi-
mus voluptatis & gaudijs. Illa ut lachrymis rigauit
pedes Iesu, sic & capillis capitis sui extersit: ita igitur
& nos pedes Iesu capillis nostris extergamus, ore no-
stro deosculemur, vnguento vngamus, hoc est, ieu-
nemus, precemur, cibemus pauperes, diligamus De-
um, amemus proximum, vitam agamus innocètēm.
Nam hæc omnia, si quis allegoriam anxie prosequa-
tur, intelligi hic commodè possunt. Tunc nimirum
& ipsi talem experiemur Dominum Iesum, qualem
experta illum est mulier. Gaudet ipse vera peccato-
ris pénitentia: non minus sanè, quam super nona-
ginta Simonibus, hoc est, iustis. Vera inquam péniti-
entia gaudet, quæ scilicet ex corde humiliato & con-
trito proficiscitur, cui vera adsunt pénitentiaz ope-
ra, cui adest constans fides.

Amplectamus igitur pénitentiam euestigio nos,
dum adhuc presto est Dominus. Sic audiemus & nos
singuli: Remissa sunt ei peccata multa, dicitur: Fides tua
te saluam fecit, vade cum pace.

IN IDEM CONCIO

SECV NDA.

PEcceatrix illa, cuius meminit presens Euangeli-
um, Maria Magdalena fuisse creditur: ob id ni-
mirum proponitur nobis hodie. Est autem insignis
historia, & in primis consolatoria misericordia peccatori-
bus. Quare quotquot peccatores sumus, quam dili-
gentissimè eam contemplemur. Scopus quidem pri-
marius, remissio peccatorum est: sed quatuor habet
præcis.

principios locos: primò videlicet, quibusnam remissio peccatorum contingat: secundò, ecquis remissione peccatorum largiatur: tertiò, quonam medio illa apprehendatur: quartò, ecquid deceat remissionem cōscutus: Ac de his quatuor ordine iam & breviter dicemus.

Quod igitur principiò ad primum attinet, bifarij nobis hoc in Euangelio homines proponuntur, Peccatrix nempe, & Simon Pharisæus. Utterque fuit peccator: et si iste minus, illa verò magis peccarat. Verum peccatrix remissionem peccatorum consequuta est, quamlibet peccauerat enormiter: Simon autem, quamlibet præ illa peccarat parum, non consequitus illam est. Causa fuit, quia illam pœnituit peccatorum suorum, istum autem non. Amplexa vero illa est pœnitentiam, quia sensit peccata sua & iram Dei horribilem aduersus peccata sua: Mansit autem iste impœnitens, quia cum peccator esset, reputauit se iustum, ideoq; & illam condemnauit.

Cæterū pœnitentia illius ex fide exorta est, fides autem ex auditu Verbi. Audierat enim haud dubie de Domini Iesu & concionibus & factis, quomodo scilicet is peccatoribus impenitentibus comminatus horribiliter sit, peccatores vero pœnitentes benigniter receperit: persuasa igitur fuit per Spiritum sanctum, ut verbo seu nuncio huiusmodi crederet: & quia credidit comminationes Domini aduersus peccata esse veras, venit in conscientiæ horrorem, indoluitq; ob peccata sua ex animo: quia vero credidit vicissim benignum esse Dominum erga peccatores pœnitentes, sumpta fidutia adiit illum, lachrymusq; remissionem quæsiuit, & adepta etiam est. Est igitur summa loci huius primi, solis peccatoribus, peccata sua agnoscētibus, & ex animo pœnitenti-

bus contingere peccatorum remissionem, non verò
impénitentibus aut de falsa sua iustitia superbien-
tibus, oririq; pénitentiam ex fidei verbi Dei, per spi-
ritum sanctum & fidem in corde plantantem, & pœ-
nitentiam operantem.

Iam vero quod spectat ad locum secundum, do-
nauit Dominus Iesus remissionem peccatorum pec-
catri. Dixit enim ad illam: Remittuntur vobis peccata. Qui
igitur illi peccata remisit, idei & nunc ac semper re-
mittit. et omnibus pénitentibus peccata neque obstat
ac cibentium murmur, cum contemptu dicentiu-
m: Quis hic, qui etiam peccata remittit? Nam et si illi igno-
rarent, immò ignorare voluerunt: scimus tamen nos,
huc omnes Prophetas ferre testimonium, quòd per
nomen ipsius remissionem peccatorum consequen-
ti sunt, quotquot crediderint in eum. Acto. 10. neq;
esse aliud nomine sub celo datum hominibus, in quo
oporteat nos saluos fieri. Acto. 4.

Quisquis itaq; remissionem peccatorum cōsequi-
auerit, cum peccatrice solum audeat dominum Iesum.

Porro autem medium, quo apprehendit in Chri-
sto peccatrix remissionem peccato. an., fides fuit,
hoc est, constans animi fiducia in Christi misericordiam:
sic nanque audiuist illa: Fides tua te saluam fecit,
nihil impunit. Tribuitur vero fidei apprehensio remis-
sionis peccatorum: non, quòd ea sola sufficiat, aut
non opus sit pénitentia, quemadmodum plerique
hodiè putant: sed ob id, ut doceamur, non ob nostræ
pénitentiaz per se dignitatem, sed propter solam gra-
tiam Dei misericordiam nobis in Christo & pro-
missam & exhibitam donari nos peccatorum remis-
sione. Nam fides relativè accipiatur oportet: ut sic
sensus misericordia Dei te saluam fecit, quam fidei
apprehendisti. Alioqui enim fides, quatenus qualifi-
cas

tas animi aut virtus in nobis est, minime iustificat: multò minus ea fides, quæ non habet pœnitentiam coniunctam. Summa ergo est: Quicquid fides in pœnitentia nobis apud Christum impetrat, id totū gratuitō, & ex mera misericordia nobis donatur. Id quod & Christus parabola illa de duobus debitoribus clare ostendit: omnes enim nos Dei debitores sumus. nec sumus vñquam soluendo, quamlibet etiam peccauerimus parum, quamlibet contrā magnā habuerimus pœnitentiam. Quum igitur absoluimur à debito, gratis absoluimur: quare non in nobis aut nostris iustitiae operibus, sed in solo Dei gloriari debemus misericordia.

Cæterū postremo, quod locum quæcumq; contingit, officium nempe remissionem consecutorum: & ex Christi verbis audimus, & ex peccatricis vi demus operibus, dilectionem ac pœnitentiaz opera requiri in iustificatis: æquum namque est, vt diligamus eum, à quo prius dilecti & gratia donati sumus: æquum quoque est, vt dignos edamus per omnem reliquam vitam pœnitentiaz fructus. Atque huc proprie pertinet dictum illud Dominicum. *Remissa sunt peccata multa, quonsam dilexit multum.* Etsi enim verba hæc in speciem appareant, quasi dilectio sit causa remissionis peccatorum, re vera tamen ea non causa, sed consecutæ remissionis effectus est, id quod & ex prædicta parabola satis constat, vbi dixit S̄imon, eum debitorem plus diligere debere creditorem, cui is plura condonarit. Nam alioqui, si dilectionem nostram præcedere oporteret remissionem sequentem, non esset hæc gratuita, sed ex meritis, essetque adhæc perpetuò nobis de remissione dubitandum, quippe quorum dilectio nuquam sit satis multa aut perfecta. Eſt itaq; genuinus verborū Domini sensus:

Remissi sunt illi peccata multa propterea dilexit multum. Verum non verbis aut corde duntaxat dilexit illa, sed & factis: lachrymis nimis rigans pedes Domini & capillu extergens, deosculans eos, ac caput illius vngens.

Adeundē videlicet modum & nos, post acceptam remissionem peccatorum, diligere Christum oportet: non verbis inquam & corde tantum, sed & operibus ipsis. ut in ipsum effundamus iam, quod prius prodegimus in impias voluptates: ipsis obsequio consecremus omnia membra, quæ prius seruierunt seculis cupiditatibus: ipsis pedibus (hoc est, pauperibus) impendamus posthac, quod ante in luxum & illorum fraudem vertimus. Huc nempe hortatus est nos Paulus in Dominicæ proximæ Epistola. Hi sunt fructus penitentia digni hæc satisfactio est DEO grata: sibi inquam disperdere, unique Iesu toto patatore fidere: incipere odire, quod ante amaueramus: incipere amare, quod ante male negle&tum erat: exhibere membra serua iustitie, ut hæc prius prebueramus immunditiae & iniquitati: quidlibet denique officij impendere proximus, inopibus praesertim & abiectis.

FERIIS D. IACOBI APOSTOLI, IN EPISTOLAM CONCIO PRIMA.

Iesu venient Evangelium pacem vobis qui præcul aberatiss., &c. Eph. II.

Hec Lectio Epistolaris duo præcipua habet, prius est, quæ beneficia nobis tu Iudæistum Ethnicis credentibus per Iesum Christum Dei filium contigerint: posterior verò est, quid vicissim nostri munera esse debent, quid pro rantis bonis debeamus il-

li refundere. De vtroque paucis a nobis dicitur. Vos
auditores adesse attenti.

Prius his verbis explicat Apostolus: Iesu remens ~~in~~
mangeli auit pacem vobis qui loge fruistis, & pacem us qui pro
pe, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in unospiritu
ad patrem. Ergo iam non es tu hospites & adueni, sed es tu com
times sanctorum, & domestici Dei, superedificata super funda
mentum apostolorum, & prophetarum, ipso summo angulari la
pide Iesu Christo. Eramus omnes, tam Iudei quam gen
tiles, propter peccata, & transgressiones nostras Dei
capitales inimici, nilque ob id nobis speierat reli
quum, nisi æterna abieccio, æterna damnatio, æter
nus cruciatus. Verum ille præsummo in nos amore
(qui plasma ipsius eramus) misertus nostri, filium su
um vnigenitum Iesum in mundum ad nos misit. Is
propter Patrem, & in nostri fauorem cauilla nostra
in se suscepit, debitum, quod nos contraxeramus, de
pendit, hoc est, quum nos vtrique mortem æternam
essemus conimeriti, pro nobis mortuus est, & per su
um sanguinem chirographum, quod in seruitutis
symbolum Diabolo dederamus, deleuit, inimicitia
asq; inter Deum, & nos veluti parietem obsfirmatae
sustulit è medio, atque sic pacem non nunciauit so
lum, sed & æternam nobis impetrauit: ita, vt qui an
te appropinquare Deo non poteramus, iam adip
sum tutum habeamus accessum, & qui ante Diaboli
eramus ferui, iam Dei patris filij charissimi simus:
quiq; ante alieni eramus, & extranei, iam simus ci
ues, & domestici regni coelestis. En, tanta beneficia
nobis per Christum obtigerunt.

Posteriorius vero his verbis explanat Paulus: In Iesu
Christo omnis edificatio entraucta, crevit in templum sanctum
in Domino: in hoc igitur & vos coadificemus in habitaculum
Dei insperatum sanctum. Omnes electi & sanctificati tem
plum

plum seconsecrant Domino, hoc est, abnegantes se-
metiplos ad ipsiusvnius voluntatem sese totos com-
parant, ipsumq; in se finunt opera sua, hoc est, ope-
ra iustitiae operari.

Hoc igitur & nostri erit muneris, vt quando Ser-
uator nos a peccatis purgarit, in hac puritate por-
rò maneamus: quum ille pacem nobis impetraver-
it, eam omnibus modis per vitæ innocentiam tuea-
mur: posteaquam ille filios nos Dei fecerit, tan-
quam filij charissimi ambulemus: quum deniq; con-
ciues sanctorum, & Dei domesticos nos constitue-
rit, concordiam & unitatem conscientiae conserue-
mus. Nam alioqui sanè, ni ita fecerimus, nihil pro-
fuerit nobis, quod semel simus loti & purgati. Immò
si quid puritatis reliquum habuerimus, illud etiam
à nobis auferetur. Huc nimis facit, quod alibi Do-
minus Iudeis minatur: Amen amen dico vobis, au-
feretur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facien-
tis fructus eius.

Amplif. rep. & hortar.

IN EANDEM CONCIO

S E C V N D A .

~~Anno~~ 50.

IN Lectione hac, vt breuiter, sic & luculenter pro-
ponuntur nobis ab apostolo summi illi fructus,
qui per Christum nobis gentibus cōtigerunt: quod
nimirum nos, qui ante fumus hospites & aduenæ,
hoc est, (vt iplement Paulus interpretatur) sine Christo,
alieni à republica Israelis, extranei à tellamens-
tis promissionis, spei expertes, & D E O carentes
in hoc mundo, iam per sanguinem I E S V Christi
fasti simus ciues, & domestici, ciues nempe san-
ctorum, & domestici, amicique D E I: idque adeò, vt
super ipsum Christum simus extucti, & habita-
culum,

sulum, templumque D E I sancti, hoc est, ut omnes portæ inferorum nihil contra nos valituarunt, & omnibus D E I bonis communicaturi æternum simus. Verum quidem est, quod alibi apostolus dicit: scilicet tam Iudeos quam Gentes peccato fuisse omnes obnoxios, eo que eguisse seu delictatos fuisse gloria D E I, Rom. 3. At certè nos Gentes longè magis obnoxij peccato eramus, atque ipsi Iudei. Nam vt cunque hi intrinsecus omnibus peccatis fuerint inquinati, externe tamen (sub legis cohertione) honestam agebant conuersationem: verum nos & maiores nostri non intrinsecus solum, sed & extrinsecus omni flagitorum genere scatabant, adeò ut aut parum aut nihil differremus à bestijs, immo hi bestialiores etiam fuerimus. Quanto ergo abundantiora, peioraque nostra erant flagitia, tanto quoque abundantior Christi erga nos fuit gratia: ut non immerito dicat Apostolus Rom. 5. Vbi exuberauit peccatum, ibi magis exuberauit gratia. Atque ob id & ante hodiernam Lecturem verè dicit, D E. V M nuncia charitate dilexisce nos, & ostendisse in nobis eminentem opulentiam gratiæ suæ per Christum Iesum. Sed quid hinc sequitur? Hoc nimirum, cuius gratia sic Paulus Christi beneficium & D E I charitatem nobis commendat, hoc est, primo, ut ad constantem in D E V M fiduciam animemur, cogitantes, hunc qui sic nos dilexerit peccatores & hostes adhuc, multò magis iam diligere nos & nobis favere. secundò, ut ad perpetuam gratiarum actionem & laudationem, pro tanto in nos amore, illi sedulò persoluendam excitemur: tertio, ut ad vitæ quoque innocentiam & bona opera instigemur, maxime quum in hunc finem à Christo sumus saluati. Cuius certè est, obedientiam præstare

magistratui suo: & domesticorum, subditos esse & debitum cultum impendere patris familias. Ergo & nostrorum est partium, obedire & cultum omnem impendere magistratui, patriq; familias nostro summo, nempe Deo: quum prælertim & Christo superstructi, templumq; Dei spirituale factissimus.

Simus igitur structura tanto digna fundamento, simus quoque habitaculum & templum tanto digni: inhabitatore.

FERIIS D. IACOBI APOSTOLI, IN EVANGELIVM CONCIO PRIMA.

*Miles
anno 50.*

Accessit ad Iesum mater, &c. Matth. XX.
E O potissimum tendit Euangelium hoc, ut ambo rationem fugiamus, & contra humilitati studeamus. Verum quia propter scopum hunc alia insuper in eo obseruanda sunt, & nobis ad doctrinam propo nuntur, paucis ipsum textum repetemus.

Sic igitur principio inquit Euangelista: Accessit ad eum mater filiorum Zebedei cum filiis suis, adorans & patens aliquid ab eo. At ille dicit ei: quid vis? At illi: Dic, ut sedeat hic duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & alter ad sinistram tuam. Hic docemur, quam corruptum sit hominis ingenium, & quid caro in Euangelio sive regno Dei querat. Filij Zebedei, hoc est, Iacobus & Iohannes, arbitrabantur regnum Christi carnale futurum: quale fuerat Saulis, Davidis, Solomonis, Cyri, Alexandri, & aliorum monarcharum. Adornarant igitur matrem, ut ea ipsis apud Dominum sessionem ad dextram & sinistram, hoc est, supremam potestatem (tanquam proximis consanguineis) impetraret. Matrem autem subornarant, quod ipsi quod volebant, non auderet petere per se. Eius igitur vero petitio haec mag-

gnus

gnus admodum lapsus, non tam in matre, quam in filijs: nam nō semel antehac iij audierant ex ipso Domino, non fore regnum ipsius mundanū, sed prorsus spirituale, ac mundano contrarium: adhæc satis ante ipsis expressissimis verbis Dominus dixerat, nisi conuerterentur & efficerentur sicut pueri, hoc est, humiles & simplices, non ingressuros eos in regnum cœlorum. Quum igitur hæc edocti essent, nihil minus iam quam prima loca & supremas dignitates petiſſient meritò. Verum ne nos hanc apostoloru ambitionem miremur, aut existimemus hos solos fuisse affectibus huiusmodi prauis implicitos: inueniuntur & hodiè in omnibus propè hominum ordinibus paria vota. Magistratus quidam (non enim de omnibus loquimur) querunt in Euangelio dispensationem seu direptionem potius opum ecclesiasticorum: concionatores quoq; plerique venantur Euangelijs predicatione honores, opes, vulgi fauorem, & gloriam huius seculi. At promiscua plebs sperat se in libertate Euangelica reperturam, ne decimas & census iure diuino cogatur pendere. Breuiter, nemo secum est, qui non apud pauperem Christum opes, & in rigida disciplina querat licentiam.

Sed audiamus nunc porrò, quomodo Dominus petitionem mattis filiorum Zebedzi excipiat: Responſus autem Iesu (inqt Matthæus) dixit: Nesciis, quid petitis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? et baptismate, quo ego baptizor, baptizari. Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, et baptismate quo ego baptizor, baptizabimini. Sedere autem ad dextram meam fratram, non est meum dare: sed iis continget, quibus paratum est à patre. Sciebat Dominus, a Iacobo & Ioanne subornatam esse matrem: præterita ergo matre, his respondit. Principio autem petitionem illam in vni-

uersum tanquam ineptam & stultam refutat: idque
duplici ratione. Primo, quod regnum ipsius attinet:
nihil enim eius regnum cum regibus & regni huius
mundi habet commune: inepte igitur in hoc regno
dignitates & honores mundi vel peruntur vel expe-
& antur. Deinde, quod ipsam discipulorum salutem
attinet: honores namque & dignitates huius seculi
veluti laquei quidam preffocant innumeros, dum
Insolentiam & tyrannidem, aliaque generant. Stul-
te ergo & cum maximo salutis discrimine eae perun-
tur. Cæterum posthac docet Dominus suos, quid
maxime spectare, expectareque in ipsius regno debe-
ant, & qua via pueniatur in illud: nimis per ipsius
calicem & baptismum, hoc est, passionem & mor-
tem: & mortis sui imitationem. Quicunque ergo re-
gni Christi vult esse particeps, omnium primo hu-
ius passionem & mortem spectet oportet, ut nempe
credat hanc mundi esse pretium unicum, remissio-
nem suorum peccatorum, iustitiam & vitam suam:
deinde vero & ipse Christi calicem bibere, baptismo
que eius baptizari deberet, ut scilicet carnem & pecca-
ta mortificeret, studeat innocentia, & afflictiones qual-
cunque propter Christum ac iustitiam libenter sub-
eat. Sed quid sibi vult, quod dicit Dominus suum
non esse dare, ut quis sedeat ad dexteram vel sinis-
tram suam sed contingere hoc ijs, quibus paratum
sit a patre? His nimis verbis discipulorum corda
humiliare voluit, ne efferrentur etiam si ipsius calicem
biberent, & baptismo baptizarentur, hoc est, ne
sui fidei, sui innocentia, & suis afflictionibus pri-
mum in celis locum tanquam ineritum adscribe-
rent, sed totum diuinæ munificentiae ferrent accep-
tum. Atque hoc ipsum & nobis omnibus dictum
putabimus: ut sciamus, regni Dei participium gratis
a Deo

IN EVANGEL. CDNC. I.

à Deo & parari & dari, quibuscumque paratur & datur: sed hic tamen, ut nos nihilo minus laborare & dare oporteat.

Sequitur iam ~~etiam~~ cum adissent decem, indignati sunt de doebus fratribus. Iesus autem vocauit eos ad se, ait: Scitis, quid principes gentium dominatur illis, et qui magni sunt, potestatem exercent in eas. Non ita erit inter vos, etc. Vero dixit Ieremias, Cor hominis prauum esse & inserviabile. Nam & in ipsis discipulis abyssus quedam errorum fuit. Vbi Dominus ambitionem duorum discipulorum compescuisset, exurrexit eadem mox & in decem illis, idque una cum inuidia. Huiusmodi vero sunt omnium quoque nostrum ingenia, nondum plene regenita per spiritum sanctum: immo regenita etiam peccati reliquias retinent. Sed veniamus ad Domini verba. Curaturus is in praesenti animos suorum inuidia & ambitione saucios, discernit pulchram functionem politicam ab ecclesiastica: docens non eos principum, magnatum more dominari debere, sed inseruire omnibus, suo ipsis exemplo, ut qui non venerit dominari, sed ministrare. Non damnat neque abrogat magistratum, sed separat ab hoc functionem apostolicam: interim tamen obiter & teste admonet, se quedam in magistratu politico correcta velle: nimurum ambitionem & tyrannidem, ut cogint magistratus se esse ministros Dei, & subditos iuos esse populum Dei, Ideoque neque sese effrant neque illum opprimat. Verum multo magis vult magistratus ecclesiasticos omni ambitione & tyrannide alienissimos: nimurum ut quemadmodum sese vocant seruos seruorum Dei, sic vera seruos sese & agnoscant & habeant: quemadmodum dicuntur papæ & episcopi, hoc est, patres & inspectores, sic quoque tales sese praestent:

quemadmodum discuntur pastores & presbyteri, sic quoque pascant, & præsentis pie. Ne autem quis tergiversetur, seipsum Dominus proponit exemplum illis. Ipse filius Dei viui est, Dominus & magister omnium, rex regum & Dominus dominantium, & tamen nullam omnino inter mortales sibi dignitatem arrogauit, sed omnium factus est nouissimus. Quanto ergo iustiū humilientur & inferuant seruit? Sed hoc exemplum unitemur & nos omnes, siue ecclesiastici simus preludes, siue subditi: nam humiles exaltabuntur. Amplif.

IN IDEM CONCIO

SECUND A.

NON explicatione opus est, quoniam Euangelium hoc hisce D. Iacobi Apostoli ferijs tribuatur: quod nimurum peculiaris eius mentio in illo fiat. Scopus autem summarius totius præsentis Euangelicæ historiæ, regni Christi descriptio existit: quomodo scilicet in illud perueniatur, quibus illud contingat, & quis in eo post regem CHRISTVM sit maximus.

Erant apostoli in ea opinione, in qua & Iudei omnes tum erant, immo in qua moderni etiam Iudei adhuc sunt: nempe, regnum Christi fore mundanum seu terrenum, in quo essent consiliarii, satrapæ & aulici. Quum igitur crederent Dominum Iesum verè esse Christum, quumque hunc non seniel de regno suo differenter audissent: subinde contenderunt mutuò, quod iporum in eo regno futurus esset maximus, & regi proximus. Quia vero Iacobus & Iohannes singulari præ alijs Apostolis consanguinitatis vinculo deuincti erant Domino Iesu, quippe sororis matris eius filij: putabant, sibi merito dari apud

consanguinem suum summam dignitatem. Sed quoniam verebantur, ne Petrus eam sibi præminentiam prætiperet, quippe cui pollicitus fuisset Christus claves regni cœlorum, pro quo & didragma pauci ante soluisse: cupientes præoccupare Petrum, subornarunt matrem suam, quæ peteret ipsis apud cognatum suum in regno eius primas sedes: confisi scilicet, haud repulsam laturam matrem suam, ut potè honesta petentem. Non magnam aut gratiam inierunt ob id apud reliquos apostolos. Nam hi ipsi admodum sunt indignati, inuidentes nimis eis tantam prærogatiuam, ut quam quisq; ipsorum profecte vnicè sitiret. Vide, sic affecti suere illi, qui iure optimo longè aliter affecti esse debebant. Unde colligimus nos, cæcum omnino esse rationis humanæ iudicium, ab ipsaque natura ad ambitionem ac inuidiam (ut & ad affectus alios vitiosos) propendere omnes, ut proin nihil in nobis sit, de quo gloriari possimus, plurimum vero sit, quod defiere, & de quo displicere nobis possimus. Quum præsertim caro & sanguis, hoc est, praui huiusmodi affectus, regnum Dei nunquam sint possessuri: nec fauor humanus aut carnalis cognatio quicquam hinc conferre nobis queant.

Ceterum audiamus nunc, quid responsum à Domino sit, non tam matri petenti, quam filiis matrem subornantibus. Nescitis (inquit) quid patitur. His nimis verbis & illorum ignorantiam, ambitionemq; taxauit: & omnibus eos damnavit, qui in regno ipsius querunt mundanos honores, carnales voluptates, fluxasque diuitias. Est regnum Christi spirituale: sicut rituales ergo requirit affectus, spiritualia exercitia. Non satis est dicere, Domine Domine: sed voluntatem regis Christi impleri abijs oportet, qui cum ipso

regnare velint. Est autem voluntas eius id, quod à Ia-
cobo & Ioanne exegit: nimis enim, ut in regnum ipsi-
us ingredi cupiens, ipius bibat calice, ipius bapti-
zetur baptismate. Bibitur verò calix ipsius & sumi-
tur eius baptismus tripliciter, fide scilicet, vita, & cru-
ce. Fide quidem, ut passionem & mortem Christi cra-
damus unicum esse pretium redēptionis anima-
tum nostratum: vita autem, ut moriamur peccatis,
carnemq; nostram cum concupiscentijs, & operibus
filii per spiritum crucifigamus: cruce verò, ut pro
nomine Iesu, & iustitiae ergo quascunque afflīctiones
toleranter patiamur. His inquam tribus calicibus
& baptismis instruti simus oportet, si quidem in re-
gno partem nobis esse velimus. Nam tympanis, sal-
tationibus nunquam peruenientius èo. In regnis
quidem huius mundi primo est in vigore honor &
gloria, ac dein finis ferè miserabilis: verum in Christi
re regno principium est labor & dolor, ac dein glo-
ria ac honor immortalis.

Porrò autem nō silentio prætereundum est, quod
dixit Christus, eos duntaxat seūeros à dextris ac si-
nistris ipius in regno, quibus id à Patre coelesti para-
cum sit. Inde enim docemui, quotquot saluantur
aut saluabuntur, eos ab æterno ad salutem prædesti-
natos esse, quemadmodum & Paulus aperte testatur
Iphes. 1. Elegit (inquietus) nos Deus, & pater Domini
nisi nostri Iesu Christi, in ipso, antequam iacerentur
fundamenta mundi. Docemur item inde, et sic citra
fidem, vitamque innocentem & afflictionum tole-
rantiam nequeamus (adulti præsertim) in Christi
ingredi regnum, non tamen contingere nobis illud
ex meritis, sed ex intera gratia: quemadmodum sur-
sum testatur Paulus 1. Timoth. 1 Deus (inquietus) sal-
uos fecit nos, & vocauit nos vocatione sancta: non

secundum opera nostra, sed secundū suum propositum & gratiam, quæ data est nobis per Christum Iesum ante tempora æterna. Sed dixerit quis: Si in Christo electi sunt omnes saluandi, si & per ipsum data est salus ante tempora æterna, quer ergo negavit ille confessum à dextris & sinistris suum esse dare? Hęc questio breviter solui potest. Nam primo dixit id Christus iuxta humanitatem, immò humilitatis gratia: deinde vero non suum erat dare iam adhuc in praesenti, quod per ipsum donatum tum erat ante tempora æterna.

Accepimus paucis hactenus, tum quale Christus regnum habeat, tum quomodo in illud perueniat, tum quibusnam contingat illud. Restat igitur nunc postremum, quis sic sit in eo vere maximus, & regi Christo in honore proximus. Id ipsum nempe Dominus ijs verbis declarauit, quibus decem apostolorum conceptā aduersus duos illos indignationem compescuit. Quum enim regnum suu longè separasset à regnis mundanis, sic insit demū: Quicunque voluerit inter vos magnus fieri, sit vester minister: et qui voluerit inter vos primus esse, sit vester seruus. Sicut & filius hominis non venit ut sebi ministraretur, sed ut & ipse ministret, daretq; animam suam redemptionem pro multis. Hic maximum discriminem videmus inter mundi, & Christi regnum. In mundi regno dominantur aliorum reges & principes: verū in regno Christi nec est neque esse debet dominium huiusmodi. In mundi regno quanto quis plus potestatis habet, tanto censetur magnificentior: sed in regno Christi ille est maximus, non qui plus in alios habet potestatis, sed qui plurimum sese infra alios omnes humiliat, omnibusq; lubentissimè cæteris inseruit. Si ergo consultu nos saluti nostrę cupimus, hac incedamus via,

ut quam Christus non solum alijs ostenderit, sed
& ipiemet confecerit. Simus in oculis nostris par-
ui, ut coram D E O magni simus: inferuimus hic a-
misi, ut inferuatur nobis in regno D E I: fugiamus
hic honores, ut zternos illuc & consequamur & re-
tineamus.

FERIIS D. ANNAE MATRIS,
IN EPISTOLAM CONCIO
PRIMA.

*Mulierem fortē quis inueniet? Procul & de ultro
mis finibus, &c. Proverb. XXXI.*

Slinuestigemus causam, quorū potissimum mai-
ores nostri Diuorum festa instituerint, perspicuum
nobis fiet, in eum finem ea ab illis instituta esse, vt
Sanctorum exemplis Christianus populus ad pietatem,
& suarum vocationum munia magis inflamma-
retur ac formaretur.

Sic enim inquit Paulus Heb. 13. Mementote præpo-
sitorum vestrorum, quorum ihtuenter exitum con-
uersationis, intitemini fidem. Hinc non dubium est,
quoniam & præsens diuæ Annæ Matris matris festivitas
in hoc sit instituta, vt cum Christiani omnes, tun-
c præsertim mulieres ac matres familias ipsius exem-
plum sanctissimum considerantes discant, quomo-
do suæ vocationi pie & fideliter debeant inferuire.
Quia vero nihil de ea in sacris Bibliorū libris scriptus
extat, neque etiam apud Orthodoxos patres aliud
sere inuenitur, quam vixisse eam suo cum coniuge
Ioacim irreprehensibiliter ac iustè tum coram Deo,
cum coram hominibus, peperisse; tandem per diui-
nam promissionē Seruatoris nostri Iesu Christi ma-
trim Mariam: siccirò Patres nostri huic celebritati
præleqam Lectionem, ne populus suis fructibus
priua-

priuaretur, peculiariter consecrarentur. Hanc ergo & ego iam, quantum Dominus dederit, vestre charitati explicabo. Ut autem vobis certo constet, quid inde expectare potissimum debeat, haud vos latere velim, probam hic describi mulierem, praeditam virtute proponi matrem familias. Sunt vero duo praesertim, que in descriptione huiusmodi consideranda veniunt: alterum est probae mulieris officium: alterum eiusdem fructus seu praeium. De utroque iam ordine dicetur. Hic igitur cum omnes, tum praesertim vos mulieres, adeoque virgines sedulo animum aduertite.

Quod quidem ad mulieris probae munus attinet, quinque hic commendantur: nimirum, fidelitas erga maritum, assiduitas in labore domestico, liberalitas erga familiam, munificentia in pauperes, & oris sui custodia. De fidelitate erga maritum sic Leuctio habet: *Confidit ei cor viri suorum spolis non indigebit. Reddet ei bonum & non malum omnibus diebus vite sua.* Vlerqueq; mulieres sic comparate sunt, ut maritis suis neque corporis pudicitia neque rebus domesticis feruent fidem. Simulatque ille domum egressus fuerit, statim alium taurum admittunt, mox comedunt & abliguriunt omnia, aut in copulatrices suas transfundunt: in summa, non potest tantu ille inuehere, quantum ipse ejiciunt. At mulier virtute praedita longe aliter affecta est. Sic ea marito fidem iugalem seruat, ita res partas tuetur, ut siue ille domum veniat siue egrediatur, omnia perinde sint in tuto: amat maritum flagrantius, studiosior est pudicitiae, quam ut quippiam vel cogitet, nedum committat, quod illi sit fraudi. Hinc quoque diuinitus ordinatur, ut ille ipsi ex animo confidat, nihil de ipsa suspicetur male: immo potius contra obrectatores eam defendat.

Huiusmodi iam fidelitatem imitemur omnes , quæ probæ mulieres & esse & dici volent . Virgines autem eandem & suo sponso Christo incontaminatam conseruent.

Iam verò de assiduitate in labore , ad hunc modum Leæcio porrò habet : Quasiuit lanam & linum , & operata est libenter manibus suis . Facta est quasi nauis in litore de longe portans panem suum . Considerauit agrum , & emitsum : de fructu manum suarum plantauit vineam . Accinxit fortitudine lumbos suos , & roborauit brachium suum . Non exortigueretur nobis lucerna eius . Manum suam misit ad fusum & digeritus & tentauerunt colum . Multas hodie mulierculas inueniuntur , quæ tempus aut dormiendo , aut ornando aut edendo & bibendo , aut nugando consumant . vt verò curent rem domesticam , vt laborent , vt operentur , ne semel cogitent quidem . De quibus & Paulus ait i . Timot 5 . Sunt (inquiens) otiosi , ac discunt circuire domos : non solùni autem otiosæ , sed & loquaces ac curiosæ , loquentes quæ non oportet . Verum proba mulier contrà in hoc tota est , vt curet rem familiarem , vt laboret noctu diuque , vt parta & conseruet & augeat , ne ijs dilapsis vñā cum marito & filiis laborare cogatur inopia . Hanc itaque assiduitatem omnes honestæ matronæ imitari satagant .

Cæterum de liberalitate in familiam , ita habet Leæcio : De nocte surrexit , deditq ; viellum domesticis suis , & cibaria ancillis suis . Non timebasi familia sua à frigoribus noctis , omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicitibus . Quædam matres familias tam sunt inhuanæ in domesticos , vt se non pudeat macerare famo & nuditat eos . Szpè inusitata ieunia indicunt illis , sic labore assiduo opprimunt , vt viuere vix ipsis libeat . Ast mulier proba tamen contrà sollicita est pro suis , vt ni-

hil patiatur illis deesse, quod vel ad viatum vel ad vestitum requiritur. Si tenuoris est fortunę, ipamet potius totas noctes insomnes ducit & laborat, ut ille prouideatur. Talem ergo liberalitatem & omnes probat fœminę erga suos pro virili exerceant.

Porrò de munificentia in pauperes, hoc pacto. Legatio habet: *Manum suam apernit inops, & palmas suas extendit ad pauperem.* Quarundam aures vique adeò obtutæ sunt, ut pauperum clamores non exaudiant: habent zedes tam liberas, ut ne quadrans inde pendatur. Mulier autem timens Deum sic affecta est, ut quæ aliae ad ornatum & delicias vestunt, ipsa pauperibus eroget: scit enim ornatum nullum Deum gratiorem, quam misericordiam & munificantiam esse.

Denique de oris custodia sic porrò Legatio habet: *Os suum aperuit sapientie, & lex clementia in lingua eius.* Hoc nonnullæ perlausum sibi habent, quicquid libet, sibi effutre licere, eoque deierant, obiectant, execrantur, iocantur, nugantur, turpia loquuntur: In summa, sic oris gladium circunquaque vibrant, ut quis optimo iure in vaginam alapam infringere possit. Cæterum mulier colens Dominum, aut tacet omnino, aut parcè admodum loquitur, & nil nisi pia, honesta, edificatoria. Sapientiam depronuit, verbum Domini laudat, Domini legem suis proponit. En, has proprietates, hæc officia habet mulier timens Dei. Quid ni vero? bona arbor bonum fructum producit. Timor Domini, quum initium sit sapientia & omnis boni, non finit suum possessorem aliud vel cogitare vel dicere vel facere, quam quod deceat, & se sit dignum.

Sed videamus iam tandem, qui fructus huiusmodi mulierem sequantur, quæ item manuant præmia,

Quod

Quod hanc sanè partem attinet, sic habent verba
 Lectionis: Nobis in portis vir eius, quando sedebit cum senato
 et ceteris terra. Fortitudo & decor indumentum eius, & sedebit
 in die nouissimo. Surrexerunt filii eius, & beatissimam prædica-
 tur eam, laudavit eam & vir suus. Date ei de fructu manuum
 suarum, & laudent eam in portu opera eius. Enī, priujo is
 eam fructus sequitur, vt marito sit corona gloriæ,
 vt is propter eam omnibus honorabilis habeatur.
 Secundò eam is fructus comitatur, vt bona fama &
 prospera valetudine sit fruitura per omniem vitam.
 Tertiò, quod & liberos habitura sit minime degener-
 tes, sed probos, & tales, qui sua vita eam laudent.
 Quarto, quod marito quoque sicut placitura, vt
 ab illo vnicè & obseruetur & ametur. Quintò, quod
 etiam nihil illi, quod ad vitæ sustentationem atti-
 net, vñquam desiderabitur. Sextò, quod & æterna læ-
 titia ac beatitudine sit donanda. Quibusunque iam
 hi fructus, hæc præmia attrident, ex hanc probæ mu-
 lieris imaginem induant. Immò & omnes, qui matri
 monio volut initiari, omnibus huc incumbant mo-
 dis, quò tales sibi futuras vxores adsciscant. Profe-
 &to huiusmodi si inuenient, habent pretium ipsius
 etiam gemmis pretiosius.

Amplifica, repeate & hortare.

IN EANDEM CONCIO

SECUNDA.

Anno proximè exacto, si memoriaz adhuc vestre
 insidet, explicaui vobis ex hodierna Lectione
 probæ mulieris & officia & fructus: idem & iam rur-
 sus aggrediar, pernuntente Christo. Nam sic hodie
 comparatum est, vt non parum referat, mulierem
 probam tum præstare, tum etiam nouisse. Verum ne
 integranti concionem muliebrem instituisse videar,
 decre-

decretu est anno & allegoricōs tractare hanc eandem Lēctionem, sed partim duntaxat: allegorice enim tractata non ad mulieres solas, sed & ad omnes quæ homines, cuiuscunque etiam sint vel sexus vel conditionis, pertinet ac refertur. Et sic omnes conciones in Ecclesia conpositæ esse debent, ut (quoad eius fieri potest) omnes hominum status inde doceantur, admoneantur, edificantur.

Ceterūnī primo ipsius Lēctionis contextum verbatim vobis proponam, deinde mox ad explicacionem accingar per gratiam Domini.

HIC RECITA CONTEXTVM.

Poſtea ſubiungit:

Quia pollicitus sum in p̄fatione, me Lēctionem praeventem & moraliter & allegorice vobis explicaturum, hoc est, dictum & quæ pertineant ad solas mulieres & quæ omnes & que homines concernant: idcirco nunc promissis pro virili parte satisfaciam. Vos modo aures attigitate maximè purgatas, iramō non aureis ſolūm, ſed & animos dociler.

Quod ad moralem huius Lēctionis ienitum attinget, duo p̄fertim nobis proponuntur. Prius est, quæ ſint probæ mulieris officia seu propria: posterius autem est, qui fructus ſeu quæ p̄milia ipsam consequantur. Officia quidem ſub ſe complectuntur quatuor: nam primo docent, quo pacto proba mulier erga maritū affecta fit: ſecundo ostendunt, quomodo illa erga ſemetipsam ſe gerat: tertio declarant, qualis fit erga ſuos: quartò aperiunt, quem affectum erga alienos exerceat. Sed quomodo ea affecta est erga maritum ſuum? Ita Solomon inquit: *Confidit in ea viri filialis non indigebit: reddet ei bonum, & non male omnisbus diebus vita ſue. Nobisliſ in portis vir eius, quando federit cum senatoribus terra.* Enī, tam fidelis est marito,

vt id

ut is nihil minus timeat, quam ut illa vñquam vi-
let sibi coniugalem, immo siue ipse sit domi siue
soris, perinde eius fidelitate nititur. Sic quoque au-
get & conseruat illa rem familiarem, ut marito non
opus sit vivere ex spolijs, corraderem bona vñsura &
furto alij siue illicitis negotiatiōibus. Amat enim ip-
sum intime, eoque omninet laborem in se se potius
transfert quam ut illi male sit. Quam sedula autem
sit in labore, satis explicat Sapiens, dum dicit, linum
& lanam eam quasi uisile, operatam esse consilio ma-
nuum suarum, factam esse quasi nauem institoris de-
longe portantem panem suum, emisse agrum, fru-
ctu manuum suarum plantasse vineam, manum su-
am misisse ad fortia, digitis suis apprehendisse fu-
sum: nam hisce verbis innuit, illam non otari, non
quiete, non commissari, non potare, sed semper
esse laboriosam, circumspectam, sollicitam. In sum-
ma, hoc pacto & coniugali & familiarī fide se se ge-
nit, ut maritus non solum animo sit pacato, sed &
propter ipsam inter omnes senatores sit honorabi-
lis. iuxta Solomonis dictum: Mulier diligens corona
est viro suo. Proverb. 12. Mulierem bonam inuenies
inuenit bonum, & hauriet iocunditatem a Domini-
no. 18. Tales igitur erga maritos sint omnes mulie-
res, quæ probitatis nomen claturam gestiunt. Verum
qualis est proba mulier erga fēs? Sic Sapiens inquit:
Accensit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium sua-
m. Fortitudo & decor in clumentum eius. Os suum apernit sa-
pientia, clementia in lingua eius. Vide, non impud-
icia est proba mulier, non ericiat maritum exigen-
do debito: sed casta est, lumbos suos constringit,
cohoret libidinis impetum, habet maritum quasi
non habeat. Adhuc non superba est, non lautis vesti-
mentis gaudet: sed satis cultam, satis formosam se
arbitra-

arbitratur, si virtute & bono nomine tum coram D E O tum coram hominibus prædicta sit. In iūpet non est loquax, non futilia habet verba: sed sapienter, humaniter, modestè loquitur. Sic itaque omnes probæ mulieres comparatæ sint, si probitatis decus velint seruatui.

Cæterum, quo pæsto erga suos domesticos sese gerit mulier proba? Audiamus porrò Solomonem: De nocte surrexit, deditq; prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Non timebit domini sue à frigoribus nimis. Omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicitibus. Ecce, non famis & siti familiam perire finit, non patitur ut domesti laceratis vestibus incedant frigoreque conficiantur: sed vt laborem à suis exigit, sic & demensum cibum impertit illis, tantumque præterea mercedis addit, vnde honestè vestiti possint. Quotquot ergo probarum mulierum appellatione gaudent, & hoc sedulò officium exprimant. Cogitent, operarium dignum esse mercede sua, citra cibum & potum neminem posse laborare. Quem vero affectum habet proba mulier erga alienos, hoc est, pauperes. Dicat hoc Solomon: Palmas suas (inquit) extensas ad pauperem, & manum suam aperuit inopi. Scit, omnem rem domesticam & quicquid possidet, esse benedictionem & donum Domini: ob id ergo ipsi vicissim gratificari gratitudinemque exhibere studet. Quia vero nouit, Dominum non indigere bonis ipsis, velle autem ipsum in pauperibus agnoscit: idcirco pauperes & inopes cibas reficitque, atque his auxiliatrices & liberales porrigit manus. Sic nemp & omnes mulieres, quibus cordi est probitas, immo quibus Dei timor cordi est, erga inopes & afflitos sint affectæ.

Iam probæ mulieris accepistis officia, accipite
gozzi

porrò etiā fructus & p̄m̄li eiusdē. Ea autem sic Solomon reddit: Ridebit in die nonisimo. Surrexerunt filia eius & beatissimam prædicauerunt, & vir eius laudauit eam. Fallax gracia & vana est pulchritudo: mulier timens Deum horabatur. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius. Summum probē mulieris p̄m̄ium, est pax & tranquillitas conscientia, adeoq; eternunt in cœlis gaudium. Quis quæso aliud maius cupiat? Deinde vero & secunditate prolium donabitur, immō proles quoque gignet honestas & pias. An non hæc in lignis Domini benedictio est? Adhæc laudabitur à marito suo, eique erit vnicè chata. Quid autem iunctus, quācum cum marito perpetuum habere amorem, perpetuam pacem? Verūm non solum à marito laudabitur, sed & posteris perpetem relinquet laudandi ipsius materiam, in memoria æternā erit. Quām igitur insignia & omnibus expetibilia hæc p̄m̄ia sunt, tātōpere omnes mulieres, non matritatē solum, sed & virgines, omnibus modis illa officia exprimere conentur. Atque hæc de morali Letiōnis hodiernæ sensu dicta sint hæc tenus.

Restat iam, ut & de sensu eius allegorico dicant non nihil. Hunc igitur quod attinet, primo omnium sciendum est, per mulierem hanc sortem significari sanctam Ecclesiām seu vnamquaque animā Christianam & credentem: per maritum autē intelligi Iesum Christum: per vero domesticos omnes fidei confortes designari: porrò per alienos figurari incredulos & peccatores. Hæc autem sic se habere, multis possem probare testimonij, verūm non puto id esse necessarium, neque tempus patitur. Rectā itaq; ad officia seu propria Ecclesiæ siue animæ fidelis veniam. Principiō quidē, quēadmodum proba mulier & in fide coniugali & in fide familiaris erga maritū fidelis

IN EPISTOL. CONC. II. III

fidelis & constans est, ita & Ecclesia seu Christiana anima suo marito Christo Iesu est per omnia fidelis, hoc est, non alium agnoscit D E V M, non alium desiderat seruatorem, non aliun amat dilectum, quā in hunc vnum: in hunc solum credit, huic vni fidit, huic vni adhæret, huius voluntatem exequitur sedulò, huic vni & semet & omnia sua consecrat. Sic ergo & nos omnes siue viros siue mulieres erga Christum affectos esse oportebit. atque huc & D. Paulus his verbis nos hortatur, 2. Corinth. ii. Adiunxi vos (inquietus) vni viro: virginem itaque castam exhibete Christo. Cur autem isthuc fieri à nobis debeat, explicatur Ephe. 5. Dilexit enim Christus Ecclesiam suam, & semetipsum exposuit pro ea, ut illam sanctificaret, &c. Iustum igitur est, ut & ipsa vicissim illi adhæreat illumque amet. Verum quomodo Ecclesia seu anima fidelis erga domesticos suos, concrederent inquam, affecta est? Ut proba mulier suos cibo potuque confortat, & duplicitibus aduersus frigotis iniuriam vestit: ita & Ecclesia fidelisque anima domesticos fidei ante omnia reficit abunde cibo potuque verbi Dei æternæ veritatis, docet illos, instruit, hortatur, bonis consilijs iuuat, consolatur: deinde vero (si necessitas postulet) etiam corporis necessaria affatim illis suppeditat. Tales vero & nos erga domesticos nostros esse decebit: atque huc D. quoque Paulus nos hortatur Galat. 6. Dum tempus (inquietus) habemus, operemur bonum, cum erga omnes, tum vero maximè erga domesticos fidei.

At erga alienos & exteratos, incredulos nimirum & peccatores, quo pacto affecta est Ecclesia, anima fidelis? Sicuti proba mulier erga pauperes & inopes, scit beneficijs etiam indomita animantia man-

HHH suelce-

116 FER. D. ANNAE MATRIS

suestere. igitur incredulos, peccatores, immo & persecutores allicit amicit verbis humanitatisque officijs, orat, obsecrat, obtulatur, docet, monet, quod resipiscant, quod mentem aliam capiant, quod conuertantur. Ita ergo & nos erga alienos affecti esse debemus, incredulos patiemur, peccatores conuertemus, inimicos & persecutores nostros diligamus: quod sic sensim illos Christo lucifaciamus, quod videant nostram honestam conuersationem, ac nobiscum dicant glorificare patrem coelestem. En, hęc officia sunt, immo signa sunt verę Ecclesie, verę fidelis anima, veri electi & cedentis. Quare si nos vere Ecclesie membra videri volumus, si electiōnem & fidem nostram vere volumus declarare, constanter adhæreamus CHRISTO, illum amemus, illum suspiciamus, illi nos totos addicamus: mox vero & conciuibus nostris spiritualibus, fratribus & sororibus in CHRISTO, omnibus modis & inserviamus & prosimus: eomodè item & leniter tractemus incredulos, peccatores conuertamus ac recipiamus, inimicos diligamus & his benefacia-
mus. Ita futurum est, ut & hic tam apud Dominum quam homines laudemur, & illuc æternū rideamus gaudeamusque.

FERIIS D. ANNAE MATRIS,

IN EVANGELIVM

CONCIO.

*Simile est regnum cælorum theatro ab consueto in agro,
quem repertum homo abscondidit, &c.*

Matt. XIII.

Evangelium hoc legitur in Ecclesia, cùm in festis sacrarum virginum, tum præsestitim in sanctarum scouinarum solennitatibus: ideoque & in hoc

hoc Diuæ matris Annæ festo commodè proponi potest. Commodè inquam in festo hoc proponi potest: nam si vlli vel virginis vel fœminæ sacrae conuenit, certe cum primis D. Annæ conuenit. Hæc enim vere genuit nobis agrum illum, in quo thesaurus omnium pretiosissimus delituit. Hæc & mare illud felix effudit, in quo margarita omnium pulcherrima inuenta est. Hæc inquam edidit nobis virginem & castissimam & humilimam & sanctissimam Mariam, è qua natus est Iesus Christus Dominus noster, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei reconditi, quique est margarita inter filios hominum speciosissima, lapis angularis electus & pretiosus, in quem qui crediderit, nunquam confundetur: Immò non hoc solum nomine conuenit Diuæ Annæ Euangelium præfens, quod ea a gruī illum, & mare mysticum progeniuit: verum etiam, quod ipsamet thesaurum illum, & margaritam Iesum Christum vnicē tum quæsiuit tum inuenit, quemadmodum & iam eo vñā cum filia, & sanctis omnibus summo cum gudio perseruitur. Hæc paucis præfati libuit, vt sciretis, quanam de causa Euangelium hodiernum nibi tractandum sumpserim. Cæterum nunc considerabimus portò, ecquid potissimum in eo nobis proponatur. Trii itaque sunt, quæ in eodem præsiguntur nobis, quæque cognitu nobis sunt & necessaria & utilissima. Primum, Euangelij doctrina est: secundum autem, qualitas est auditorum Euangeli: tertium vero ac postremum est, officium concionatorum Euangeli: De his ergo tribus ordine & breuiter dicemus. Vos interim auditores diligenter animaduertite.

Sic initio inquit Dominus: Simile est regnum cælorum
thesauro absenso in agro, quem repertum homo abscondit,

er progenie alij, venditq; omnia que habet, & mercatur agrum illum. Rursum est simile regnum colorum homini nevatoris, quarenti pulchras margaritas, qui inuenta una preceps a margarita, vendidit quacunque habebat, & emit illam. His diuabus parabolister uator noster doctrinam Euangelicam nobis commendat, quod nimurum hac nullus in orbe vniuerso sit pretiosior aut præstavior thesaurus, ideoque omnibus nobis ea sit præ omnibus mundi huius bonis ac thesauris & ambienda & diligenda. Vocat autem Euagelium thesaurum absconsum: primo, quod Euagelium mysterium absconditum sit, inipiosque & incredulos eius virtus lateat. 1. Corin. 4. Deinde, ut monest nos, ut thesaurum hunc incomparabilem non leui segnique studio, sed summa fide & diligentia curaque, omisis quoque rebus in mundo omnibus, inquiramus.

Cæterum thesauro comparatur doctrina Euangeli, quod per hanc cognoscatur Deus, & Dei filius Dominus noster Iesus Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei, & quæcunque ad veram pertinent felicitatem. Sic & margaritæ pretiosæ Euangeli comparatur, quod per illud cognoscatur lapis ille angularis & lumen & pretiosus & electus, idem Dominus noster Iesus Christus: de quo' sic Petrus ad Iudeos concionatus est. Hic est lapis ille qui electus est à vobis ædificantibus, qui factus est caput anguli, nec est in alio quopiam salus. Nec enim aliud nouen est sub celo datum inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri. Act. 4. In lumina, tam insignis thesaurus & margarita est Euagelium, hoc est, Dei & Christi cognitio, ut is, qui huius suavitatem summam vel paululum gustauit, omnia sua & adeo semetipsum quoque vendat, relinquatque, quod Christo fruatur: idque instar hominis

minis inuenientis thesaurum , & mercatoris margaritam inuenientis . Nihil felicitatis vero est extra Christum , suntque omnes hujus mundi thesauri margaritæ , & diuitiæ , lætitiaeque præ Christo sumus ac rudera . Contrà vero ii omnibus numeris felicissimi sunt , etiam si aliqui pauperissimi & miserrimi , qui DEVM , Christumque eius vere cognoscunt , & ipsum in se habent regnante . Ob id nimirum & David canit : D OM IN V S pascit me , & nihil mihi deerit . Psalm . 23 . & 33 . Beata gens , cuius Deus est Dominus . Ob id & Paulus inquit : Quæ mihi erant lucra aliquando , ea arbitratus sum propter Christum damna esse . Quin arbitror omnia damnum esse , propter excellentiam cognitionis Domini mei Iesu Christi . Philip . 3 .

Tanta ergo Christi cognitionis præstantia permovat & nos , ut abnegatis nobis ipsis , & calcatis universis mundi delicijs , ex animo , fideque constanti Christum cognoscere studeamus , ideoq; Euægeliu[m] audiamus sedulò . Atque hæc de primo Euangelij capite dicta sufficiant .

Sequitur iam in Euangeliu[m] alia parabola : Rursum simile est regnum cœlorum verriculo iacto in mare , & ex omnigenere pisum contrahenti : quo implete , subduxerunt in litus , & sedentes collegerunt bona in rasa , mala vero foras miserunt . Sic erit in fine seculi : venient angeli , & separabunt maslos de medio iustorum , & mittent eos in caminum ignis . Illuc erit flatus & stridor dentium . Posteaquam D OM IN V S in duabus præcedentibus parabolis Euangeliu[m] dignitatem suminam ostendit , agit hic porrò de Euangeliu[m] auditoribus . Ac primum quidem docet , Euangeliu[m] generalem esse doctrinam , omnibus quæ communicabilem : quemadmodum & verriculum amplum est , & quæcumque artipuerit attrahit ci-

hit citra ullum discrimen: Deinde vero docet, diversos esse Euangelij auditores, & bonos & malos: quemadmodum & rete malos aequi ac bonos pisces comprehendit & attinet.

Hinc porro docet fatum illorum, qui sese sanctorum immitcent eorum, cum hypocritae sint, non veri fideles: nimisrum quemadmodum piscautores (ubi ad littus peruererunt) pisces separant, bonos colligentes in vasa, malos autem foras iuittentes: sic & in fine mundi separandos fore hypocriticos auditores seu Christianos a veris & iustis, coniunctionesque in ignem eternum. Iam quod primum ostendit Euangelij doctrinam generalem esse, eo commendat nobis summam suam liberalitatem & misericordiam, quippe qui omnes a quoque saluos cupiat, & neminem velit perire. Quod autem diuersos ostendit auditores seu Christianos, eo nos vult monero, ut patiamur in Ecclesia malos & hypocritas, neue ob hos relinquamus Eccleiam. Quod vero postremo, adducit supplicium pseudochristianorum, eo nos fideliter admodum abstergere vult ab hypocriti & impietate omni, ne nudo nomine & professione aut externa etiam duntaxat conuersatione in Ecclesia simus, sed a veritate, vera cordis fide, & animi pietate, ut sic cum omnibus sanctis seruemur.

Sed expendamus iam porro & alia Euangelij consequentia. Dicit Iesus: Intellexisti hec omnia? Dicunt illi Etsu Domine. At ille dixit illis: Propterea omnis scriba de Etsu ad regnum caelorum, similis est homini pateris familiaris, deponit et thosauro suo noua et vetera. Vt si Dominus principio de ipsa doctrina Euangelij, deinde & de Euangelij auditorebus egit: ita hic porro de ipsis etiam Ecclesiatis seu praedicatoribus Euangelij tractat.

Hos in-

Hos inquam nunc docet, quales eos esse oporteat,
& quomodo prædicare debeant. Vult (ut diximus)
omnes homines salvos fieri. Verum ut hoc fiat, op-
pus est Ecclesiastas esse ad prædicandum verbum sa-
lutis aptos. Exponit igitur, quomodo apti esse de-
beant. Primo vocat eos scribas: quo nimis in-
nuit, doctos & factæ scripturæ peritos eos esse opor-
tere. Secundo vocat eos doctos ad regnum calo-
rum: quo innuit, omnem doctrinam, eruditio nem
que illorum ad hunc scopum referri oportere, ve
quàm plurimos ad regnum eolorum gignant. Ter-
tiò comparat eos patris amilias proserentj è thesau-
ro noua & vetera: quo innuit, nō solum testimoniis
vtriusque testamenti illis vtendum esse, verum eti-
am circumspectos & prudentes eos esse oportere, ve
pro qualitate & captu auditórum, omnia propo-
nant, addantque iam parabolæ exornatas, iam ex
empla culta, iam apertas scripturæ sententias, iam
doceant, iam hortentur, iam precentur, iam incre-
pent: in summa, sic orationem attemperent, ne veri-
tas auditoribus fiat exosa, sed grata modis omnibus.
Quid multis? Requirit hic Dositinus in Ecclesiastis
pietatem, eruditio nem, peritiam, & prudentiam ra-
ram. Fredissimè ergo errant, qui satis eruditum esse
credunt Ecclesiasten, quum germanica Biblia & Po-
stillas legere, aut voces aliquot Latinas, Græcas aut
Hæbraicas stridere potest, interim omnium rerum
imperitus est. Sed rursus & illi errant, grauissimæq;
dabunt poenas, qui his teriti, nunquam sibi
satis idonei ad functionem Ecclesia-
sticam videntur, sicque talen-
tum sibi concreditum
defodiunt.

Repete, & hortare.

118 FERIIS D. PETRI AD VINCI
FERIIS D. PETRI AD VINCI
CVL. IN EPISTOLAM
CONCIO PRIMA.

In die Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de
Ecclesia, &c. Act. XII.

Quod Lectio hac in hodierno D. Petri festo nobis praesagetur, nulla declarapone indiget. Nam nostis omnes, hodie agi in Ecclesia vinculorum sive captiuitatis D. Petri memoriā, ac historiam huiusmodi in praetenti Lectione pulchre describi. Scientes igitur occasionem, consideremus porro & ante omnia doctrinam, quae in ea nobis commendantur. Nam in hunc potissimum finem & scripta est & nobis proponitur, ut inde & doctrinam & patientiam & consolationem hauriamus. Est itaque praeципuum caput, de afflictione & liberatione piorum. Quemadmodum enim Petrus & ab Herode afflatus & a Domino liberatus est, sic & omnes pi in hoc mundo affliguntur ac liberantur rursus.

Affliguntur quidem & impij, hoc est, vel prava doctrina vel flagitiobus sceleribus contaminati, verum suo iplorum merito: at pi, quum affliguntur, praeter meritum & innocenter afficiuntur malis, quemadmodum & hic diuo Iacobo ac Petro accidit. Quod enim alter occitus est, alter vero iniectus carceri iterum occidens, id neuter suo merito sustinuit, sed sola Herodis incredulitas, impietasq; in causa fuit. Discemus igitur hinc, magnum esse inter afflictionem piorum & impiorum discrimen: atque etiam si prius semper intententur afflictiones, non tamen omnes afflictos esse pios, quum plerique patiantur ut fures, homicide & maledici. Quia vero audimus pios affligi in hoc modo, docemur, & nos affligi propter pietate-

pietatem oportere, ideoque apprehendendam nobis esse patientiam.

Sed videamus, quid factum sit, dum in vinculis esset D. Petrus. Is securus fuit animo interim, omnem suam curam relinquens Deo. Ceterum precatio fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Hic monemur nos, ut quoties vel propter pietatem affligimur vel alioqui circundamur rebus aduersis, itidem omnem curam Deo committamus. Monemur quoque, ut in aduersis ad precationem tanquam ad sacram anchoram confugiamus. Nam eti Deo de nobis cura sit, vult tamen orari. Immò & precatiōnē præcipit, dicens: Inuoca me in die tribulatiōnis, Psalm. 49. Non solum autem pro nobis ipsis orare debemus, sed & (Ecclesi⁹ exempl⁹) pro alijs in tribulatione constitutis: idq; non semel aut bis, sed sine intermissione. Nam perseverans, exaudietur. Luke 11. Matth. 10.

Ceterum audiamus nunc de sequita D. Petri liberatione. Summa custodia ac vi seruabatur is in vinculis, vincitus duabus catenis, iacens inter duos milites, habens adhæc custodes ante carcерem, ne quā elaberetur: verum nihilo minus liberatus est à Domino. Nam contra huius liberationem neque catenæ neque occlusæ fore neque vires humanæ quid possunt. Docemur igitur hic, etiamsi deploratissimis tribulationibus teneamur, non tamen diffidendum nobis esse de liberatione diuina. Quod verò Dominus Petrum per angelum liberavit, inde docemur, angelos esse spiritus administratorios, in salutem piorum missos; ideoque de angelis honorificè sentire debemus, exque illorum ministerio diuinum erga nos fauorem agnoscere. Sed quando potissimum liberavit Dominus per angelum Petrum? In ultima

nimirum nocte, postquam occisurus erat ipsum Herodes Sic scilicet tunc demum liberare solet Deus filios, quando nihil humanæ spei est reliquum, & quā summa adesset necessitas. Ideò in scripturis appellatur adiutor in tribulatione. Psal. 9. Non debemus ergo desperare, neque intermittere precationem, etiam si omnia deplorata videantur.

Liberati vero imitemur Petrum: hoc est, quemadmodum is Dominum propter suū liberationem libram laudauit, eamque mox alijs promulgauit: sic & nos pro liberatione nostri Dominum laudare ac ei gratias agere, quin & alijs eius gratiam deprædicare debemus. At dixerit quispiam: atqui neque semper neque omnes, vii Petrum, Dominus liberat. Nam Iacobum sicut perire gladio, quemadmodum Stephanum lapidibus. Quid igitur adhuc respondes? Hoc respondeo: Etiam si non videtur liberare pios, quum eos perire & mori finit, tamen reuera eos liberat. Nam sic eripit eos & semel & simul à malis omnibus. Quare nibilo minus confidere illi, laudare illū, & gratias ei agere debemus, etiam si in aduersis mortiamur. Tum enim expirat omnis afflictio, & æternum incipit gaudium.

IN EANDEM CONCIO SECUNDA.

Secunda.

IN Lectione hac historica audimus aliud nihil, I quām verbum Domini Iesu vere esse verum ac cōstans Promiserat is apostolis & credentibus, quod in nomine suo dāmonia essent electuri, linguis loquuntur nouis, serpentes fugaturi, impositioneq. manuum curaturi ægrotos. Marc. 16. Matth. 10. Luc. 10. Hec nimirum promissio abunde in illis impleretur, quemadmodum & hic & alibi luculentiter vide-

mus. Nam per ipsorum manus facta sunt signa & prodigia multa: tantaq; fuit ipsorum & Petri praesertim potestas, vt vel umbræ obumbratione curauerint regnos, vexatosque a spiritibus immundis sanarint omnes.

Cæterum, iuxta promissionem huiusmodi, prædixerat eçam apostolis Dominus, quod propter nomen suum & iustitiam persequitionem essent perpessuri. Matth.5. 10. 14. & alibi passim. Ita nempe & hic illi nominis Iesu & iustitiae ergo comprehensi, inq; custodiam publicam coniecti sunt.

Porrò autem pollicitus quoque erat illis, potissimum mortiferam haud ipsis nocitaram, ne vnu quidem pilum capitis eorum citra Patris voluntatem in terram casurum, seq; adeò ad futurum eis ad consummationem usque feculi, Marc.16. Matt 19. & 28. Sic videlicet misit hic angelum suum, liberavitque eos à carcere & vinculis: vt.etsi Pharisæi & Sadducæi ipsis uisce molirentur morte, nihil tamen minus ille Iesu euaserint, quemadmodu & post Petro adhuc contigit semel. Act.12. Qui igitur ad hunc modum impleta in apostolis sint, quæcunq; ipsis Dominus vel promiserat vel prædixerat: quis non videt, sateriq; cogitur, fidelein, constantemq; ipsum esse in verbis suis? Admonemur ergo hinc, ne addubitemus uñquam de ipsius verbo: sed persuasi simus, citius cœlum, terramque præteritura, quam vel unus apex de verbo ipsius incompletus maneat. Matth.5. Luc.21.

Sed consideremus iam paucis peculiares doctrinas, quæ in hac lectione nobis commendantur. Primo omnium audiuius, apostolos non habuisse solum miraculorum dona, sed & his ipso facto viros pales: & sic quidem visos, vt ea conuerterint uniuersum CHRISTI gloria & in populi utilitatem,

Salu-

salutemque. Hic iam moneri debeamus nos, vt & ipsi
acceptis Dei donis gnauiter vtampr, idque cum ad
Ipsius gloriam, tuni ad proximi coniugium. Verum
quid præterea in apostolis habemus? Hoc nimur,
quod fuerint vnanimitate in portico Solomonis. O-
portet & nos in portico Solomonis vnanimes esse.
Vera & spiritualis Solomonis porticus, sancta Ca-
tholica Ecclesia est. Inde enim agit, ambulatque
Ipsissimus Solomon, hoc est, pacificator noster Iesus
Christus. In ista ergo portico vnanimes nos esse o-
portet, hoc est, vnanimitatem veræ fidei & frater-
nam teneamus necesse est. Alioquin enim ingratum
Deo erit, quamlibet etia magna & multa operemur.

Iam vero ut & in populo non nihil discamus: au-
diuimus, hunc magnificasse Apostolos, ex quo ipso-
rum prodigijs & signis concepisse atque confirmasse
fidem in Dominum Iesum. Hoc monebit nos, ut de
pijs honorifice sentiamus, ex quo illorum & confes-
sione & moribus exemplum imitandissimus, quo-
sic & in fide crescamus, & ad vitæ pietatem inflammat-
tores reddamur.

In Zadducis porro nobis discendum venit, vir-
gutem semper comitem habere inuidiam. monemur
que, ut ab ipsisorum paradigmate simus quam alienis
sumi, hoc est, neutriquam virtuti inuidemus, ne quo-
pios oderimus aut infestemus, multò minus ipso-
rum insidiemur vitæ. Postremo vero discimus ex an-
geli verbis, verbum Euangeli operari vitam, ideo-
que in modis omnibus illi nobis esse studendum: ex a-
postolorum autem obedientia, iussi diuino
nobis citra ullum diuerticulum paren-
dum esse, quantumcunque eti-
am hoc nomine impen-
deat periculum.

IN EVANGELIVM CONCIO

PRIMA.

Cum venisset Iesus in partes Cesarea etiis, quae cognoscinabantur Philipps, &c. Matth. XVI.

SAepè quidem quoais anno Euangelium hodier-^{Mabire}
num nobis prælegitur: verum non tñdere nos e. anno 48.
ius repetitionis debet. Nam (vt & dudum diximus)
ars artium & scientia scientiarum in eo docetur, co-
gnitio nimirum Iesu Christi, quæ est vita æternæ: ad
hæc cognitio Ecclesie, quæ est domus & habitacu-
lum Christi, extra quam non est salus. Ne autem
quid, quod ad utriusque cognitionem pertinet, à
nobis prætermittatur: ab initio ad finem usq; Euan-
gelij textum expendemus. Vos interim dictis anis
mum diligenter appellite.

Sic Euangelista inquit: *Quum venisset Iesus in partes Cesareæ Philippi, interrogauit discipulos suos discens: Quem ducunt homines esse filium illum hominis? Hic duo habemus, & ubi interrogauerit Dominus discipulos & quidnam ex eis quæsierit. Locus, ubi interrogatio facta est, partes fuere Cesareæ Philippi: hoc ad fidem historie pertinet. Materia autem, de qua questio est instituta, est sententia hominum de Iesu, quid nempe de ipso homines sentirent. Interrogauit vero discipulos Dominus, non quod humanam gloriam veneretur, nec quod ignoraret hominum de se sensa: sed ut occasionem haberet, sese discipulis manifestius explicandi. Cæterum quod filium hominis se vocauit, per hoc primo summam suam humilitatem declarauit, deinde vero & veram suam humanitatem (quod scilicet vere ex homine, nempe Maria, & conceptus & natus esset) testatus est. Sciuimus enim futuros
hære-*

hereticos, qui ipsius veram humanitatem essent negaturi. Quemadmodum & hodie Anabaptistæ faciunt, ac olim Marcionite, Valentiniani & Appollinaristæ. Iam ex eo, quod licet interrogavit discipulos Dominus, admonentur Episcopi & Pastores, ut itidem & gregem suum Christianum subinde interrogent, examinentque, tuni quid alij, tum quid ipsi de CHRISTO & fide Catholica sentiant. Porro, ex eo, quod Dominus exerte te vocavit filium hominis, non emur, ne unquam dubitemus de vera humanitate Iesu, eoque sectam Anabaptisticam cane peius & angue fugiamus.

Sequitur Apostolorum responsio: Illi vero (inquit Matthæus) dicebant: Alius quidem Baptistam Ioannem, alii vero Heliam, alii vero Ieremiam, aut unum ex Prophetis. Tot opiniones de Iesu tunc erant, quemadmodum & Lucas cap 9. testatur: Anduisti (inquisiens) Herodes Tetrarcha omnia quæ tiebant à Iesu, & habilitabat, eò quod diceretur à quibusdam, quod Ioannes surrexisisset a mortuis, à quibusdam vero, quod Elias apparuisset: ab alijs autem, quod Propheta quicquam ex antiquis surrexisset. Et ait Herodes: Ioannem ego decollau. Quis est autem ille, de quo ego talia audio? Et quærebatur videre eum. Iam qui Dominum opinabantur Ioannem Baptistam rediuium esse, id hoc ipsum inde colligebant, quod ille veluti Ioannes & prædicationem suam à pœnitentia anspicatus esset & baptizaret etiam. Qui vero Heliam putabant esse, id ad hoc inde moti sunt, quod instar Heliae Tesbitis acriter virtus Scribarum & Pharisæorum reprehenderet. Qui autem Ieremiam, moti sunt ex eo, quod tanta sapientia & Legis diuinæ cognitione esset prædictus, quam à nullo didicisset. Nam & Ieremias, qui idiota esset, insigni prædictus fuit sapientia. Similem etiam

etiam rationem habebant, qui ipsum vnum ex Prophetis esse arbitrabantur. Atque qui huiusmodi opiniones de ipso habebant, bene fauebant illi. Maluoli vero, Scribae scilicet & Pharisei, vocabat eum vini potorem, amicum Publicanorum, Samaritanum, & Beelzebub. Hinc vero doceatur, in mundo semper fuisse, esse & fore diuersas de Christo, fide & vero bono sententias. Vnde non mirum, tot esse extortas haereses. Sed beatus ille, qui non fuerit offensus in Christo.

Sequitur: *Dixit illis: Vos autem quem me esse dicitis?* Respondens autem Simon Petrus, dixit: *Tu es Christus filius illius Dei viventis.* Si Scribarum, Phariseorumque opiniones aspiciamus, videntur admodum insigniter sensisse de Iesu illi, qui ipsum habebat vel pro Ioanne Baptista vel pro Elia vel pro Hieremia vel pro alio aliquo Propheta. Nam utique pro sancto & Dei dilecto viro ipsum habebant. Verum certe, si Petri & Apostolorum responsionem (ipsam nimis rurum indubitatem veritatem) aspiciamus, multo adhuc minus sensit populus, quam debebat. Quamuis enim pro sancto & Dei dilecto viro habebant ipsum, non tamen supra quam pro homine meo habebant ipsum. Non nudus homo est Dominus Iesus, sed talis homo est, qui sit Christus, rex summus & pontifex maximus, orbis liberator & salus unica. Non modo est hominis filius, sed & Dei filius est, simul Deus & homo, imago Dei, splendor paternae gloriae. Haec vera & solida sententia est, doctrina & confessio indubitata. Ut igitur errant haeretici, negantes Iesum esse vere filium hominis, sic quoque errant Iudaei & Arrianii, negantes ipsum vere esse filium Dei.

Sequitur: *Et respondens Iesus, dixit illis: Beatus es Simon Petrus, quia caro & sanguis non remelans tibi, sed pater meo*

in cœlestis. At ego vicissimum tibi dico, quod tu es Petrus, & super
hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non
valebunt aduersus eam. Et dabo tibi claves regni cœlorum: &
quicquid alligeratur in terra, erit alligeratum in cœlo: et quicquid
filiatur in terra, erit solutum in cœlo. Hac responione Do-
minus primò Petri confessionem & sententiam con-
firmavit, quod nimis vero confessus esset: deinde
vero docet etiam, quo doctore sententiam illam de-
se dicicerit, nimis Patre cœlesti. ad hanc vero osté-
dit, quid fructus ex hac confessione & tententia oria-
tur, nempe participiu nois, regni, & potestatis eius.
Quemadmodum nemo potest agnoscere Iesum esse
Christum filium Dei viuentis, nisi Patre cœlesti do-
ctore: sic quisquis ipsum veratatem agnoscit, is om-
nium bonorum cœlestium sit particeps, ita ut à Chri-
sto dicatur Christianus, à petra Petrus, sicut Ecclesia
& corpus capititis Christi, sit tutus ab inferorum por-
tis, habeatus & ligandi & soluendi peccata. Hic vi-
demus quid Ecclesia sit, nempe Petrus supra Petram
Christum ædificatus: hoc est, cœtus hominū in Chri-
stum credentium, agnoscientium ipsum esse Chri-
stum filium Dei viuentis. Hic videmus, quām fir-
ma sit Ecclesia, credentium collectio: quod videli-
et omnes portæ inferorum non sint aduersus hanc
valitatem, non tyranni huius mundi, non Sathan,
non caro, non peccatum, non hæreses. Hic denum
videmus, quanta in Petro data sit Ecclesiæ po-
tēs: nimis regni cœlorum, occlusio & apertio,
peccatorum ligatio & absolutio, retentio & remis-
sio: exultet igitur penitens & conuersus, cui Ec-
clesia per ministros aperit regnum cœlorum, & ab-
soluit peccata: at contraria contremiscat impenitens,
cui occludit Ecclesia vix ianuā & peccata retinet.

Ceterum imitemur sedulò omnes Petrum, agno-
scamus

scamus ex animo Iesum Christum filium Dei viui, si-
mus in fide Petræi, simus corde Simones & Bar Ione;
vt sic viua simus membra Ecclesie, ab inferoru-
tis simus tuti, regnum cœlorum lati ingrediamur.

IN IDEM CONCIO

SECVNDA.

T'otum hoc Euangelium resertur ad cognitionem Christi, tanquam ad unicum scopum: & sunt quidem tria, quæ de cognitione Christi in eo proponuntur: primo, quid cognitione Christi sit, seu quando is rectè cognoscatur: secundò, unde Christi cognitione oriatur, seu cuius introductione rectè cognosci possit: tertio, qui effectus seu fructus veram Christi cognitionem comitentur. Quia vero in his tribus cardo salutis nostræ unicè vertitur, vos auditores quam diligentissimè aduertite animum.

De primo quidem, sic in Euangeliō habemus: *Quis venisset Iesus in partibus Cesarea Philippi, interrogavit Discipulos suos, dicens: Quem me dicunt homines esse filium illum hunc? Illi vero dicebant: Alii quidem Ioannem Baptistam, ali vero Heliām, ali vero Ieremiam, aut unum e Prophetis. Dixit illis: At vos quem me dicatis esse? Respondent autem Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, filius dilecti Dei viventis. Et facta Christi cognitione hic nobis describitur, altera falsa, altera vera. Falsa est, qua Dominum Iesum alij putarunt esse Ioannem Baptistam, alij Heliam, alij Ieremiam, alij alium quempiam ex Prophetarum numero. Hi quidem honorifice de Iesu sentierunt, sed præsertim Scribarum & Phariseorum de ipso iudicium aspiciamus. Nam fuerunt utique Ioannes, Helias, Ieremias, & Prophetæ, viri insignes, sancti, & Deo maxime cari: quum igitur isti Dominum proximo quopiam ex his haberint, haud dubie habue-*

runt illum pro insigni & sancto teophito viro. Verū nondum habuerunt veram cognitionē. Nam pro solo & nero homine habuerunt illum, quemadmodum & illi sancti Prophetae meti homines fuerunt. Quod autem tam humiliter de eo senserunt, nec sublimius quicquam, seu diuinius agnouerunt in ipso, id fecit contempta & vilis in speciem Christi persona, quod nimur vulgari hominum habitu, more, & conuersatione ageret. Nam fertur semper mundus ad sublimia, suspicit magnifica, & admiratur splendido apparatu prægnantia. Ceterum vera Christi cognitionē est, qua Petrus agnouit Iesum esse Christum & filium Dei viuentis. Maximum nimurum inter Dominum Iesum & Prophetas seu sanctos omnes dicimen est. Iste sancti sunt, sed hic ipsorum sanctificator est: isti ministri vocis diuinæ, at hic ipsa vox diuina est: isti neque Christi neque Seruatores, verum hic vnicus Christus & seruator: isti filii Dei adoptui, at hic naturalis & vngenitus Dei filius: isti seruit, at hic Dominus omnium.

Quicunque igitur hoc discriminē & agnoscit & seruat, is vere Christum agnouit. Sciendum autem est, sub cognitione Christi non simpliciter fidem intelligi, sed fidem viuam & bonorum operum seracem: hoc est, qua non solū creditus ipsum verè esse Christum, & viuentis Dei filium, verum etiam ipsi tanquā Christo & filio Dei viui subiçimur, obedimus, & seruimus. Atq[ue] h[oc] de primo.

Sequitur iam secundum, vndenam oriatur huiusmodi Domini Iesu cognitionē. Et respondens Iesus, dixit Iohannes. Beatus es Simon Bariona. Quid enim tu facias non renelas nisi tibi sed pater mens qui calis est. Hic audiuimus, audiimusq[ue], non posse Christū per humanam rationē & intellectum cognosci, sed per Patris coelestis reu-

rationem solummodo. Atq; ob id & Matth. 11. Domus ait: Nemo nouit filium, nisi pater. Et Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, hoc est, me cognoscere & in me credere, nisi pater me mittens traxerit illum. Errant igitur turpiter, qui sua ratione sapientia carnali se diuina comprehensum putant, quiq; fidem in proprijs suis viribus sitam esse habent persuasum: Si ergo quid deest nobis in fide, dicamus cum apostolis: Domine adauge nobis fidem. Immo non solùm fidem & fidei incrementum apud Dominum queramus, sed & alias omnes virtutes, nam omnis sufficiencia nostra ex Deo est.

Sequuntur vero nunc porrò effectus seu fructus cognitionis Christi. Et ego vicissim dico tibi (ait dominus) quod tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, ex portæ inferorum non valebunt aduersus illum. Et dabo tibi claves regni cœlorum: & quicquid alligaueris in terra, erit alligatum in cœlo: & quicquid solueris in terra, erit solutum in cœlo. Hic quidem multum esset dicendum de Ecclesia, de clavibus, & de clavium potestate: verum tēpus id modo non patitur. Quare hæc verborū istorum sit summa: Quemadmodum Petrus per cognitionem & confessionem Christi sanctus est participes & nominis & libertatis & potestatis & regni dei nique Christi, ita & nos per eandem cognitionem eorundem participes reddimur, ut à Petra Christo dicamus Petri seu Christiani, vt siinus viua Ecclesiæ seu populi D E I membra, vt portæ inferorum nihil aduersus nos sint validæ, vt habeamus claves regni cœlestis, vtque sic vitam cum C. H R I S T O possideamus æternam. Hæc autem ita se verè habere testatur & alibi Dominus multis in locis, præsertim Ioan. 17. vbi sic inquit: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum yesuni D E V M, & quem

auisisti Iesum Christum. & i. Ioan. 5. Quis est qui vla-
cit mundum, nisi qui credit, quod Iesus est filius
Dei? Et Ioan. 3. Pater diligat filium, & omnia illi in
manum dedit. Qui credit in filium, habet vitam æ-
ternam. Quia igitur tam præclarus fructus fidem seu
cognitionem Christi comitentur, agitè & mane-
mus & progrediamur in cognitione hac, ideoque à
Patre coelesti perfectam filii sui reuelationem ore-
mus, inquit, hac ipsa vitam agamus modis omnibus pi-
am & innocentem.

FERIIS D. LAURENTII, IN EPISTOLAM CONCIO

PRIMA.

Qui sementem facit parvè, is parvè mesuras

aliqua *II. Corinth. IX.*

titulus
anno p. 15

Epistola hæc ad subministracionem in Sanctos,
hoc est, ad Eleemosynarum inter pauperes dis-
tributionem vnicæ spectat. Prælegitur autem nobis
hodiè ob annuam diui Laurentij commemorationis
nem, quod nempe is insigniter admodum Ecclesiæ
thesauros pauperibus (quibus reficiendis præfectus
erat) distribuerit: vnde & Ecclesia canit de illo: Di-
sperlit dedit pauperibus, iustitia eius manet in secu-
lum seculi. Psalm. iii. Cæterum sunt tria præsertim,
quaç circa subministracionem, seu distributionem
huiusmodi nobis in Epistola prælenti commendan-
tur. Primum scilicet est, quanam mensura sit distri-
buendum: secundum autem est, quo animo distri-
butio facienda sit: tertium vero est, quid fructus dis-
tributionem hanc sequatur. Ad primum sanè quod
attinet, adducit Apostolus similitudinem à semiente:
Qui (inquit) seminat parvè, is parvè quoque mesuras est. Et
propositum hinc sequitur, quod etiam alioquin. Quia nimisrum
simis

similitudine innuit, non parcer, sed largiter esse dan-
dum pauperibus: odit enim Deus contractam ma-
num, diligitq; contrà extensam. Ecclesi. 4. vnde & de
ipso scribitur: Aperi tu manum tuam, & imple o-
mne animal benedictione. Psalm. 145. Ne autem quis
habeat hic quod causetur, commodum addit Apostolus,
quo animo sit dandum: Vnusquisque (inquit) se-
cundum propositum cordis, non ex tristitia aut ex necessitate:
nam hilarem datorem diligit Deus. Largitas cleemosy-
narum non tam in quantitate consistit, quam an-
imo. Hinc nempe est, quod Dominus Lucæ 21. vidua
am pauperculam præ omnibus diuitibus laudauit,
quum tamen nil nisi æra minuta duo misisset in
gazophylacium: Verè (inquiens) dico vobis, vidua
hæc pauper plus quam omnes misit. Hi enim om-
nes ex abundantia miserunt in munera Dei, hæc au-
tem ex penuria sua uniuersam habitam substantiam
misit. Si igitur animus sit hilaris & paratus, mul-
tum dedit, qui minimum etiam dedit, modo non po-
tuerit dare commode plura. Vnde & Tobias pulchre
monet filium: Quomodo potueris (inquiens) ita
esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter
tribue: sin vero exiguum, & hoc libenter imperti-
ristude.

Vt vero & ad largiter dandum & ad libenter dan-
dum reddamus alacriores, audiamus porrò, quid
fructus sit secuturum: Potens est (inquit Apostolus)
Deus efficere, ut totum beneficium in eos exuberet, ut in omni-
bus omnem sufficientiam habentes, exuberent in omne opus bo-
num, &c. Non pauperant quenquam elœmolynæ.
Nam duplex bonum operantur. Efficit enim Deus,
ut pauperum alumni & omnem in rebus corporali-
bus habeant sufficientiam, & in omnibus etiam bo-
nis operibus ditescant, ut neque hic deficiant neq;

Illic. Huc iam & si iud Tobiae spectat: Præmium (inquit) bonū tibi: thesaurizas in die necessitatis. Quoniam eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Tob. 4. Dispergamus igitur & nos, demusq; pauperibus, satis nimirum, largiter & hilari animo, quò ita nostra etiam iustitia maneat in seculum, ditemurq; & corporalibus & spiritualibus bonis.

IN EANDEM CONCIO SECUNDA.

Hicce verbis D. Paulus Corinthios olim ad subministracionem in sanctos, hoc est, ad erogandas eleemosynas hortatus est. Immò non solum hortatus est, sed & permouit atque adduxit. Debemus igitur & nos his iisdem ad sublevandam necessitatem inopiamq; pauperum permoueri & adduci. Sunt autem tria præsertim, quæ hoc in negotio proponit Apostolus, quæ & nos in præsentia cum primis vigebimus. Primum est, mensura, quantum nempe dare pauperibus debeamus: secundum autem est, animus, qua nimirum voluntate & intentione erogādāt sint à nobis eleemosynæ: tertium verò, est fructus seu utilitas, quam scilicet ex huiusmodi eleemosynarum largitione consequutri sumus.

De mensura quidem sic Paulus inquit: Qui parcè fecerit, & parcer mesurus est. Et si seminas liberaliter, is copiose metet. Hic metaphora (a re rustica sumpta) hortatur nos ad liberalitatem, ut nimirum liberaliter impetrantur eleemosynas pauperibus, non parcè, non concilium. Cupiunt agricultorū vberes semper prouentus in agris suis. Sic & nos copiosam mercedem in benefactis & operibus nostris: is experimur. Verum si agricultorū vberes prouentus consequi vult, copiose quoque

que feimentem faciat oportet: Sic igitur & nos, si metcedem nostram copiosam esse volumus, copiose quoque pauperibus impertiamur necesse est. Alioqui enim, quemadmodum agricola parcè seminans, parcè etiam metit: sic & nos, si parcè demus, parcè quoque mercedem recipiemus. Si ergo (vt debemus) eleemosynas volumus clargiri, clargiamur liberaliter & copiose. Sed hoc cum distinctione intelligi debet, vt nempe pro facultate nostra demus largiter: si habemus mulum, multum demus: si parum, illud imperiamur. Tob. 4. Marc. 12.

Cæterum de animo seu intentione dandarū eleemosynarum ad hunc porrò modum Paulus dicit: *Vnusquisque secundum propositum cordis, non ex tristitia, aut necessitate: nam hilarem datorem diligit Deus.* Deus eleemosynarum remunerator est. Is vero in omnibus factis cor intuetur. Ut igitur nobis certò maneat præmiū apud Deum, cor & animū nostrū recte affectum esse oportebit. At ita demum isthuc erit, si demus veltrō & hilariter, non aut inuiti. Nam inuitum obsequium Deo displicet, vltroneū autem placet. Adhuc vero & simplici animo demus oportet, hoc est, ob nullam auram popularem, sed in solius Dei gratia, & ex amore proximi. Hinc nimis prohibet in Evangelio Dominus, ne tuba ante nos canatur, ne sciat sinistra quod facit dextrā. Matth. 6. Hac igitur intentione demus, quoties damus.

Porrò autem de fructu & utilitate eleemosynarum sic Apostolus consequenter insit: *Potens est autem Deus efficere, ut totum, &c.* Putat vulgus Christianorū, si pauperibus quid impertiatur, id suis facultatibus decessurum, seq; egestate ob id premendum: inquit enim: *Ich sole wol so lang andern geben/das Ich selbs vmb's brot gehumüste.* Verum Paulus contrarium hic

probat, dicit nanque, totum beneficium exuberantum in nos, nos & omnem sufficientiam rerum temporaliū habituros, & prouentu etiam iustitiaz, bonorumque operuin accumulandos. Vide, sic Deus vnum opus duplici premio remunerat: vt non immerito dicat Solomon Prouerb. 19. Fœneratur Dominu, qui miseretur pauperis. & Syrach cap. 29. Fœneratur proximo, qui facit ei misericordiam. Si quæximus exemplum, legamus 3. Reg. 17. de vidua in Sarepta. Ampl. Siigitur re nulla indigere, sed omnem sufficientiam habere volumus, impertiamur pauperibus. Si quoq; in iustitia & bonis operibus cunctus esse divites, erogemus inopibus eleemosynas. Summa, demus, vt detur nobis: sumus misericordes, vt misericordiam consequamur.

FERIIS D. LAVRENTII MARTYRIS, IN EVANGELIVM CONCIO PRIMA.

Amen amen dico vobis, nisi granum,

Ioan. XI.

Habita
anno 45.

Evangeliu hoc in duas partiemur partes: in priori Seruator noster Christus de sua ipsius morte agit, & ostendit, quid fructus inde sit promanaturum: in posteriori de morte ac passione agit discipulorum suorum, hoc est, Christianorum omnium, & declarat, quæ inde ad eos utilitas prouentura sit. Verunque paucis tractabimus, ac prius primò. Ceterum vos, fratres charissimi, diligentia summa animum aduertite.

De priori, hoc est, de sua ipsius tum passione tum morte sic Dominus inquit: Amen amen dico vobis, nisi granum frumentos deiculum in terram, &c. A humili mortis

pis sux fructum declarat. Quod ad granum quidem frumenti attinet, videmus illud prorsus manere infrugisatum, nisi deiiciatur in solum ante, & ibi veluti moriatur, hoc est, computrescat & corruptioni aliquantis per fiat obnoxium. ita nimisrum, nisi Dominus, purissimum scilicet granum frumenti humani, in terram passionis se deiici suisset, & suisset mortuus, mansisset solus, nullumque fructum edidisset, hoc est, mansisset ipse quidem idem & talis, qui ac qualis erat, veruna de nobis suisset actum omnino. Iam contra, quemadmodum granum frumenti, si in terram deiiciatur, fructum multum adfert: Sic & CHRISTVS passus ac mortuus attulit fructus quam plurimos vniuerso mortalium generi. Nam nos, qui antea miserrime oppressi eramus a peccato, morte, tyrannide Diaboli, & maledictione aeterna, per suam passionem & mortem ab his potenter assertos donavit semper iustitia, & vitae aeternae restituit, fecit Dei filios, & benedictionis aeternae participes. Vide, tales fructus adduxit nobis sua morte Christus. Hic iam primò docemur, ut firmiter credamus, Christum talem esse, qualis hic & passim describitur, tales nobis attulisse fructus, quales hic modo recēsuimus. Deinde monemur, ut ipsi pro his beneficijs maximis iugiter gratiarum actiones persolueamus simul ac laudes, idque ore, corde, factis. De posteriori parte, nempe de Christianorum passione & morte, ita porro inquit Dominus: Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vita aeternam custodiet eam. Si quis mihi ministrat, me sequetur. Et ubi sum ego, illic et minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, coherestabit eum pater meus qui est in celis. Senus est: quemadmodum Christus fecit, sic & nos facere oportet: quemadmodum ipse pro nobis passus

& mortuus est, sic & nos vicissim pro ipso decebit pāti & mori. Alioqui ut granum frumenti non deie-
ctum in terram nullum fructum neq; sibi neq; alijs
ad fertur & nos, si non patiamur & odio habeamus
animas nostras in hoc mundo propter Christum,
nullum adducemus fructum neque nobis neq; alijs
immō vero maximū damnum in nos transferemus.
Animam enim quam volumus seruare, perdemus: vi-
tam quam retinere cupimus, amitteremus aternū. Hic
vero obseruandum venit, - maximam differentiam
esse inter Christi & nostram passionem ac mortem.
Ipse sua cūm passione cum morte non sibi ipsi, sed
nobis potissimum commodauit. Nos autem contrā
nostra passione ac morte non ipsi, sed nobis meti ipsi
inseruimus. Nam quid nos quæso, etiam si vel millies
mortem oppetamus, ipsi prodest aut conferre pos-
sumus? Ipse plenus est, omnium summā habet abun-
dantiam, omnia possidet. Vnde non immerito cla-
mat David Propheta Psalm. 15. Bonorum meorum
non eges. Et Iob. 22. habetur: Quid prodest Deo si iu-
stus fueris? aut quid ei conferes, si immaculata fue-
rit via tua? Atque hinc tanto volentiores merito ad
quæcunque ferenda reddemur, quod omnia quæ-
cunque aut facinus aut patimur, in nostri solum-
modo commodum tandem veniant. Hæc vtinam
Dei spiritus nobis persuadeat.

IN IDEM CONCIO

SECUNDA.

Ramus IN Euangelio hodierno habemus de passione &
morte, tum ipsius Christi, tum quoque omnium
Christianorum. Quia vero vtraque pars ad nos ēque
omnes cūm primis pertinet, & omnium scire quām
plurimum refert: mox ego vos, vt dui ego vtranque
vobis

vobis per DOMINI gratiam explicaturus sum, si-
tis longè attentissimi.

Principio itaque quod ad ipsius Christi passionem
& mortem spectat, sic (vt auditus) ipsemet auspicia-
tur: Amen amen (inquiens) dico vobis: Nisi granum frumenti
deieclum in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si vero
mortuum fuerit, multum fructum adserit. Sub his obscuris
& allegoricis verbis Dominus comprehendit & sumi-
mam necessitatem & præstantissimam utilitatē sue
mortis. Non secūs cum Christo comparatum est, ac
cum frumenti grano. Nisi granum in terram deiccia-
tur & ibi moriatur, solum incolum manet, nec vel-
lum adserit fructum. At nisi adserat fructum, omni-
bus hominibus fame pereundum erit. Ne igitur per-
eant homines, in terram deicciatur, & computreficit
granum oportet. Hoc summa postulat necessitas.
Ad eundem modum, si Christus (verum granum fra-
menti) non fuisset passus, mortuus & sepultus, solus
ipse incolumis mansisset, nec quid attulisset nobis
fructus. Verum sic nos per iusticiam omnes fame eternā,
hoc est, æternum fuissimus daminati. Summè er-
go necessarium fuit, vt ille pateretur, moreretur, &
sepeliretur, si que nobis contra famem eternam ad-
ferret fructum ac saturitatem.

Vide, tanta omnino mortis Christi fuit necessi-
tas. Sed consideremus iam & summam eiusdem utili-
tatem. Si granum frumenti in terram deicciatur, &
ibi veluti moriatur, adserit fructum copiosum, emer-
git multo cum scenore, pro uno grano centum redi-
dit, latè Campos latè fegetibus occupat, adeoque to-
tam regionem vbere prouentu ditat, omnibus deni-
que esurientibus suppeditat fructum.

Summè igitur utile est, vt in terram cadat & mori-
ciatur frumenti granum, quo sic à fame homines ex-

tremaliberet. Eodem modo, quum Christus passus,
mortuus & sepultus sit, multò cum fœnore resurre-
xit, summū mortalibus nobis attulit fructum. Nam
primo quidem famam illam nostram extremam,
peccatum, inquam, Sathanam, & mortem æternam
profigauit: deinde vero reduxit nobis veram saturi-
tatem & sufficientiam, Patris nimurum fauorem,
sempiternam iustitiam, veram, æternamque liberta-
tem, adoptionem filiorum Dei, Spiritum sanctum,
& vitam denique, hereditatemque perhennem. En-
tanta fuit mortis Christi utilitas, tot tantosque fru-
ctus ille nobis adduxit. Hic igitur & ad penitenti-
am permoueri, & ad fidem excitari, & ad gratiarum
actionem inflammari debemus.

Iam vero quod passionem, mortemque Christiano-
rum attinet, ita porro inquit Dominus: Qui amat
animum suum, perdet eam: & qui odit anum suum in hoc
mundo, in vitam æternam custodiet eam. Si quis mihi ministrat,
me sequatur, &c. Vt in præcedentibus suis ipsius mor-
tis & necessitatem & utilitatem Christus adduxit, ita
hic & Christianorum omnium mortis tum necessi-
tatem, tum utilitatem maximam cōmemorat. Vult
nos sui esse imitatores. Imitio & in hoc prædestinati
sumus à Deo ante tempora secularia, vt simus con-
formes in imagini filij ipsius. Ergo & nos patiamur,
moriamurque oportet. Oportet inquam: nam sum-
brianos urget necessitas. Nisi enim moriamur, perde-
mus vitam, quam nobis impetravit Christus sangu-
ne suo. Necesse itaque est, vt oderimus vitam nostrā
in hoc mundo, ne amittamus æternam. Sic autem o-
derimus eam, sic patiemur & moriemur, vt vitam
hanc temporis contemnamus, carnē cum con-
cupiscentijs crucifigamus, & voluptates huius secu-
li conculcemos. Si agricultor volet effugere famem,

certe

certè frumenti sui iacturam faciat oportet, fulcis illud condat, glebis adobruat, terræ, cœlique iniurie credat. Nisi enim sic perdat illud, non est quod ex eo fructum aut auctionem ullam expectet. Eodem igitur modo nec nos vitam seruabimus, nisi antè distipemus & perdamus. Contrà verò quemadmodum agricola, qui frumentum suum dejectit in terram ac eius veluti iacturam facit, illud demum egregie & prudenter seruat, sibique magnum frugum conciliat prouentum: sic & nos, si vita nostræ & tempora lis & carnalis propter Christum iacturam faciamus, insigniter seruabimus vitam nostram, pro tristitia carni nostræ inficta referemus gaudium perpetuum, pro brevi spreta voluptatula consequemur voluptatem æternam, pro temporali vita recipiemus semipernam. Vbi Christus est, ibi & nos erimus. Quemadmodum Pater cœlestis Christum cohonestauit, ita & nos cohonestabit. Ea itaque, ministremus Christo, sequamur illum, nos totos & dictis & factis & cogitationibus ad ipsius doctrinam ac exemplum componamus, vitam hanc temporalem despiciamus, mundi voluptates calcemus, per patientia in cruce & mortificationem contendamus ad gloriam.

FERIIS ASSUMPTIONIS MARIAE, IN EPISTOLAM CONCIO PRIMA.

In omnibus requiem quesini, & in hereditate Domini morabor, &c. Eccl. XXIII.

Quamnam ob causam verba Lectionis huius hodiernæ festivitati dedicata sint, alias non sensi audisti: nimirum, quod persona loquens inter cetera dicat, creatorem suum requieuisse in tabernaculo suo, & se exaltatam esse in altari cedri, cypresi, palmæ,

si, palmæ, roseti, oliuæ, & platani: Nam hæc verba (si iuxta literam sumuntur) non inepte conueniunt matris virginis, ut cuius creator (vngenitus nempe Dei filius Iesus Christus) in ipsis carne tanquam tabernaculo nouem mentes requieuerit, quæque in Assumptione sui exaltata sit supra omnes choros angelorum ad cœlestia regna.

Cæterum si proprie & iuxta spiritualem sensum intelligatur Lectio præsens, filio potius quam matri conuenit. Nam persona loquens ipsa Dei sapientia est. Sapientia autem Dei, est Iesus Christus filius Matrix. Ut igitur tribuamus vnicuique quod suum est, omnia ad ipsum solum referemus: persuasi numerum, adeò non offeniuros nos per hoc matrem virginem, ut & rem gratissimam eidem simus facturi: omnem enim filii honorem, pro suo ipsius ducit. Ut itaque accingamur ad institutum, duo in uniuersum apponit nobis sapientia Christus in suis verbis: prius nempe est, ubinam seu inter quos regnet: posterius vero est, quoniam regnet successu. Ad alterum quidem quod attinet, dicit le regnate in Jacob, in Israel, in Electis, in Zion, in Civitate sanctificata, in Hierusalem, in populo honorificato, in partibus Dei, & in plenitudine sanctorum. His autem epithetis aliud nihil innuit, quam regnare se in Ecclesia. Immò ostendit etiam ijsdem, vnde nam suum regnum (vera inquam Ecclesia) cognosci & deprehendi possit: nimirum, omnes illos esse Ecclesiæ ac Ecclesiæ viua membra, qui sunt spiritualiter Jacob, hoc est, supplantes vitiorum: item Israel, hoc est, fide præualentes: item Electi, hoc est, charitate (certo nempe electionis signo) prædicti: item Zion, hoc est, contemplatores coelestium: item ciuitas sanctificata, hoc est, unanimis sancti: item Hierusalem, hoc est, pacis studio-

studiosi: item populus honorificatus, partes Dei, & plenitudo sanctorum, hoc est, omnium virtutum corona redimiti. Nam qui hisce signis proprijs casent, non sunt verè in Ecclesia, etiam si visibiliter in ea esse videantur: ideoque nec inter tales Christus regnat. Expendamus igitur, quales & nos esse oporteat, si quidem in Christi regno esse atque ab illo curari velimus.

Iam vero quod ad successum regni Christi spectat, dicit ipse, se exaltatum esse quasi cedrum in Libano, quasi cypressum in monte Zion, quasi palmā in Cades, quasi rosetum in Hiericho, quasi oliuam in campis, & quasi platanum in plateis: adeoque & instar cynamomi, balsamique ac myrrhæ electæ odorē deditis fragrantissimum. Hisce comparationibus explicat rex noster, suum regnum omnium esse altissimum, seque esse & longè fortissimum & suauissimum. Nam per adducta arborum, aromatumq; nomina, partim altitudo & latitudo, partim etiam robur & suavitatis designantur. Et quis fidelium dubitare in ullo horum possit? Vtique enim altissimum est eius regnum, quum & in celo regnet & in terra. Verè quoque latissimum est ipsius regnum, quum per totum orbem terrarum diffusa sit Ecclesia. Verè item fortissimum ipse est, quum fortissimum Sathanam vñā cum omni eius potentia (peccato scilicet morte & inferis) prostrauerit, dederitque potestatem suis subditis calcandi super serpentes, scorpiones, omnemque virtutem inimici. Verè denique suauissimus est, quum humilis sit & mansuetus, quum præstatu sit omnes laborantes, oneratosq; refocillans, quum sit via, veritas & vita.

Quis iam nolit sub tali, tantoque rege lubens a te? Quis huius recusat tollere iugum? Quuni p:z

tim & suos clientulos faciat ~~altissimos~~, latissimos,
fortissimos, ac suauissimos, ne quis malorum ipsis
polit incommodate, neque quis bonorum odisse
eos queat. Agite itaque, abnegemus regnum mun-
di, carnis & Sathanæ, atque hunc vnum regem ag-
noscamus, ex osculemur, veneremur, auditamus ac
sequamur. Ita enim & ab omni malo erimus tuta &
in perpetua quiete pace & nihil nobis deerit & re-
gnabitus cum: so zternum.

IN EANDEM CONCIO

SECUNDAM.

Satis superque superioribus annis probavi, et si
Shuius Lectionis verba a nonnullis matre virginis
tributa, ideoque ad festiuitatem hodiernam ordina-
ta fortasse sint: ea tamen re ipsa & proprie soli Iesu
Christo matris virginis filio conuenire, huncque so-
lum esse germanam loquentem personam. Quare
iam rectâ ad ipsum argumentum, quid nimur &
de quo ipse Christus hic loquatur, accingemur. Lo-
quitur nempe de regno suo spirituali: ac primo qui-
dem vbinam regnet: deinde vero, quemnam succe-
sum habeat regnum suum. In priori loco explicatur
nobis vera Ecclesiæ indoles: in posteriori vero ipsius
Christi naturam, vim ac proprietatem docemur.
Quum itaque tam insignem thesaurum in hisce ver-
bis habeamus, agedum sumus attentissimis, adhibea-
mus hic æquè omnes & aures & animis.

Principio igitur quod spectat e' locu, vbi scilicet
regnet Christus: dicit ipse, se - su creatoris omni-
tu (hoc est, Patris sui celestis) ha- tare in Iacob, in
rael heredem agere, in electis radicari, in Zion es-
firmatum, in ciuitate sanctificata requiescere, in
erusalem habere potestatem suam, agere radices
in po-

IN EPISTOL. CONC. IN

In populo honorificato, inter partes Dei sui hauc
hereditatem, & in plenitudine sanctorum commo-
rari. Quibus equide verbis aliud nihil innuit, quam
regnum suum esse in Ecclesia, immo ipsam Ecclesi-
am esse regnum suum. Quod autem tot epithetis Ec-
clesiam ornat, ob id facit, ut omnibus Ecclesiaz in do-
les & proprietas fiat quam cognitissima, ne quis se se
falso Ecclesiaz annumeret. Est itaque Ecclesia primo
Jacob, hoc est, supplantatrix, quod scilicet peccata
& carnem, Sathanaque suggestiones supplanteret: est
& Israel, hoc est, pugnans cum Deo, quod contra
spem in spem credat, Deique promissis & gratia ni-
tatur: est quoque electa, hoc est, Deo chara, & Dei
vicissim amans: est etiam Zion, hoc est, specula, quod
opera ipsius bona omnibus luceant: est item ciuitas
sanctificata, hoc est, communio sanctorum, quod
vnanimitatem, pacem, concordiam & charitatem
constantissime exerceat ac conseruet: est præterea
Hierusalem, hoc est, pacis vilio, quod pacem cum
Deo habeat, & conuersationem suam gerat in celis
in superna illa Hierosolyma. est adhuc populus ho-
norificatus, hoc est, regale sacerdotium & sacerdotia
le regnum, quod semper Deo offerat corpora sua ho-
stanti viuentem, & carnem spiritui subiicit ad
obsequium Christi: est insuper pars Dei & plenitudo
sanctorum, quod in iustitia & sanctitate viuat co-
ram Deo cunctis diebus vita sua, quod huius san-
ctissimæ voluntatis se se totam consecrauerit. Vnde,
huius indolis & proprietatis est Ecclesia, regnum
Christi: quicunque has notas habet, is verum mem-
brum est Ecclesiaz, is de Ecclesia gloriari potest. Con-
tra vero, quicunque his notis caret, vt cunque im-
misceat se Ecclesiaz, & de Ecclesia glorietur, non es-
tamen in Ecclesia Christi, sed in synagoga adhuc eis

PER. ASSUMPT. MARIAE

potest saluari vñquam, nñfnotas has
ubi conciliet. Retineamus ergo hic , Ecclesiam esse
regnum Christi : & Ecclesiam talem esse populum,
qui supplantet peccata, constanti & inuidia sit præ-
ditus fide, bonorum operum luce egregie splen-
deat, & totus sit consecratus Deo, pacemque & chari-
tatem sedulò seruet.

Iam vero quod ad regni Christi successum atti-
net : dicit ipiemet porro in Epistolæ verbis, exalta-
tum se esse quasi cedrum in Libano, quasi cypres-
sum in monte Zion, quasi palmam in Cades, quasi
rosetum in Hiericho , quasi olinam speciosam in
campis, quasi platanum iuxta aquas, similem esse
cynamomo & balsamo: similem esse myri hæ electæ.
Quibus sanè verbis declarat, suum regnum amien-
tius, feliciusque esse omnibus totius mundi regnisi:
immo declarat etiam, se omnes vniuersi orbis reges
longe superare. Primo quidem cedro sese comparat,
quod quemadmodum cedrus arbor est omnium al-
tissima, ædificando aptissima, & nulli plane offero-
sa: ita & ipse solus sit altissimus , fundatentuni &
ædificator spiritualis ædificij, ac omnium onerato-
rum refocillator. Secundo autem assimilat sese cy-
presso: quemadmodum enim cypressus arbor est vio-
lentissimo odore, adeò ut & serpentes fugeret, ita &
Christus morte sua amarissima & sacrificij crucis
odore serpentis antiquæ venena fugauit. Tertio ve-
ro palinæ se confert, quod quemadmodum palma
in cacumine fructus feret longè dulcissimos, nec ce-
dit ponderi, sed surgit aduersus pondus: ita & ipse
Christus in crucis cacumine fructus nobis ediderit
plurimos, non cessaret ponderi mortis & Sathanæ,
immo vtrunque potentia deuicerit, nosque ab ipsis li-
berauerit. Cæterum quarto roseto sese facit simi-
lem,

IN EPISTOL. 4

Iem, quod quemadmodum ro... ~~uræ~~ pueris
nisi & suaunissimi odoris est, sic & ipse sit speciosissi-
mus præ omnibus filiis hominum, ac credentibus
odor vitæ in vitam æternam. Porro quinto olio
sese confert: quemadmodum enim oleum hominis
vires & corroborat & exhilarat, ita & ipse conscienc-
tias nostras verè suo spiritu ac gratia corroborat,
exhilaratque. Sexto vero comparat sese platano,
quod quemadmodum platanus latè ramos exten-
dit, & festos sua umbracula à solis æstu defendit,
sic & ipse sua gratia omnia ambiat, inque tentatio-
num & afflictionum ardore sibi fidentibus succur-
rat. Ita tandem & cynamomo, balsamo ac myrram
sese comparat, quod quemadmodum hæc aromata
mire debile corpus confirmant, ad eundem modum
& ipse sit credentium confirmatio, refectione, consola-
tio, gaudium, denique omnia. Vide, talis ac tan-
tus rex est Christus. Quis iam huius regis nollet esse
subditus? Quis hunc nollet super se regnare? Is certè
dementissimus fuerit. Quare & nos hunc agnosca-
mus regem: veruni simus interim in regno ipsius,
simus ipsis populus, in fide & innocentia colan-
tius illum.

FERIIS ASSVMPTIONIS MA-
RIAE, IN EVANGELIVM
CONCIO PRIMA.

Intrauit Iesu in quoddam oppidulum, ac mulier qua-
dam Mariam nomine, &c. Luca X.

M Irantur hodie nonnulli, ecce uerum Euangelium
hoc in præsenti festiuitate nobis prælegatur,
quum certum sit, Mariam illam, cuius in eo fit men-
tio, non fuisse Mariam matrem Domini, sed soro-

V M P T. M A R I A E

zem Lazari & Marthæ. Ne igitur & vestrum quisquam
in admirationem huiusmodi pertrahatur, haud vos
latere velim, non respexit se maiores nostros ad per-
sonas harum duarum sororum, sed ad utriusque fa-
tum. Martha commedatur in hoc, quod Dominum
Iesum excepit in domum suam, & distracta sit cir-
ca frequens ministerium. Sed hoc factum longè per-
ficius in matre Domini deprehenditur: hæc enim
excepit illum, non in domum materialem, sed in cor-
poris sui castissimi domicilium: & si quis vñquam
ministrando illi occupatus fuit, hæc sanè in eius mi-
nisterio distracta fuit omnium maximè, ut quæ il-
lum vberibus suis lactauerit, vñà cum illo in Aegy-
ptum fugerit, illius anxiam curam egerit, adeoque
& gladium doloris propter illum senserit. Si ergo
Martha meretur laudem suum ob factum, multò sa-
ne iustius ista ob suum laudanda est. Ceterum Ma-
ria Marthæ soror euehitur in hoc laudibus, quod
assederit ad pedes Iesu, verbumque eius audierit, ac
sic optimam elegit partem. At quis vñquam magis
ad pedes Iesu assedit, atque mater ipsius Maria? hæc
nanque etsi mā er esset Domini, tamen ipsius Iesu
humilem ancillam agnouit. Quis item verbum Iesu
audiens audiuit, atque ipsa beata enim pronuncia-
tur, quod crediderit Domini verbis. Quis denique
partem elegit meliorom, quām ipsa elegit nanq; ha-
bitare in domo Dei sui, magis quām in tabernaculis
peccatorum: ideoque & nunc agit in gloria filii sui,
cœlestibusque gaudijs saturatur. Si igitur Maria so-
ror Marthæ ob suum factum laudibus est digna, longè
certe magis Maria mater Domini sui facinoris
ergo laudem meretur æternam. Videte, huc solum
reipexerunt illi, qui Euangelium hodiernum ad
presentes matris virginis ferias ordinarunt. Atque
hæc ha-

hæc hæc tenus ad Deiparæ honorem adducere præ-
cuit. Iam vero accingamur ad doctrinam: habe-
mus enim & in Martha & in Maria, quod imitari
nos oportet, si quidem & ipsi probari CHRISTO
velimus. In Martha itaque ad hospitalitatem exci-
tamur: ut nempe, quemadmodum ipsa DOMINI-
NA M Iesum in ædes suas exceptit, ipsumque una
cum discipulis liberaliter, ardenterque refecit, ita
& nos eundem in vagis, famelicisque ac nudis exci-
piamus. Nam in his hodierna etiam die & vagus est
& nudus & famelicus & sitibundus, & insirmus &
vincitus: & quicquid ijsdem facimus, sibi ipsi factum
reputat. Matth. 25. Si iam hoc paſto (nam aliter
fieri non potest) ipsum exeperimus, refecerimus
que, excipiet & ipse vicissim nos in domum Patris
Iui, reficietque pane vita æternæ. Si vero occlu-
serimus viscera nostra, occludet & ipse ianuam vi-
tae cœlestis, nosque nesciet: immo vocabit nos ma-
ledictor, inque ignem æternum ablegabit. Ne obli-
uiscamur ergo beneficiorum & communicationis
unquam.

Porrò in Maria sorore Marthæ ad auditum sedu-
lum verbi Dei & contemplationem, curamque re-
rum cœlestium instigamur. Est quidem hospitalitas
& cura pauperum (ut audistis) opus DEO gratum:
verum non, nisi hæc duo simul accedant. Verbi
DEI auditus, hoc est, fides vera & Catholica (in
verbo nimis D E I fundata) cum primis nobis ad-
fit necesse est. Nam quicquid sit extra veræ fidei uni-
tatem, abominationi est DOMINO: deinde vero
& rerum cœlestium cura, contemplatioque requi-
ritur: ut videlicet agamus cœlestem conuersationem
in terris, utque omne desiderium nostrum à ter-
renis euchamus ad cœlestia, & solius Dei gloriam

PER ASSUMPT. MARIAE
queramus in omnibus. Imitemur igitur ut Mar-
tham, ita & Mariam, eligamusq; partem optimam,
et sapimus.

IN IDEM CONCIO SECUNDA.

¶ 11. **E**vangelium hodiernum allegoricos feret tracta-
tri solet: & refertur, ab alijs quidem ad matrem
virginem, ab alijs vero ad vitam aetiam contem-
platiuamque. Verum nos, ut & haec tenus confueui-
mus, ethicè seu moraliter illud tractabimus: non
quod contemnamus tractationem allegoricam, sed
quod sensus moralis auditorio nostro sit conuenien-
tior ac conducibilior.

Proponuntur itaque nobis hic duæ mulieres so-
tores, Martha videlicet & Maria: & proponitur quidem in utraque nobis peculiare, singulareque exem-
plum. In Martha, commendatur nobis hospitalitas:
in Maria vero, auditus verbi Dei nobis commenda-
tur. Sed de utroque exemplo seorsim dicemus, ad nostri & doctrinam & hortationem.

Primo sane quod Marthæ personam attinet: audi-
uimus, hanc excepsisse Dominum Iesum in domum
suam, distractamque fuisse circa frequens ministerium.
Ex hoc igitur facto & dilectionem proximi, &
dilectionis modum discere debemus. Quemadmo-
dum illa Dominum exceptit, sic & nos eundem debe-
mus excipere. Excipiemus autem illum in pauperi-
bus, nudis & vagis, esurientibus & fitientibus. Quic-
quid enim his impenderimus, id sibi impensum pu-
tabit ipse. Matth. 10. 25. Hos igitur excipiamus, cibe-
mus, potemus, tegamus, consolemus: sic non minus
excipiemus Dominum; quam ipsa Martha. Sed Mar-
tha excipit illum aetate & magnorum gaudio, fe-
licem de-

licem & beatam se reputans, quæ mereretur excipere ipsum DOMINVM. Sic itaque & nos, quicquid impenderimus pauperibus, id impendamus alacriter & hilari animo, non ex tristitia aut necessitate: nam bilarem datorem (ut & proximè audiuitis) diligit D E V S, 2. Corinth. 9. Præterea sollicita erat Martha de apparatu conuiuij, satagans ac cursitans, ne quid omnium deesset, quæ ad excipiendum, reficiendumque D O M I N V M & eius discipulorū pertinebant: nec hic vllis vel sumptibus vel laboribus parcebat. Ad hunc ergo modum & nos in excipiendis, cibis & discipulisque pauperibus, immò & diligenter proximis, neque diligentia neque laboribus neque sumptibus vllis parcamus. Ad hæc, quemadmodum Martha non famulorum aut ancillarum, sed proprio ministerio inseruit Domino & discipulis: ita nec nos pudeat aut pigeat proprio ministerio pauperibus inseruire: quin pudeat nos potius inertia & lupebita nostrarū.

Cæterū quod ad Mariæ sororis spectat personam, audiuiimus, hanc ad pedes Iesu assedit̄ sermonemque eius audiuisse, &c. Videtur quidem Maria multò præstissime minus, quam soror Martha: nam & hodie pluris fit dilectionis officium, quam verbū Dei auditus. Verū DOMINVS Iesus suo responsō, quo illam defendit, longo interuallo prætulit auditum verbi DEI officio dilectionis. Docemur igitur hīc primō, humanum iudicium in rebus diuinis planè mancum & cæcum esse, ideoque Dei iudicio omnia committenda: is solus nouit, quid vel vilius vel præstantius sit. Sed consideremus, quoniam modo verbi DEI auscultatio præferenda sit dilectionis officio. Non nudè & solis corporeis auribus audiebat Maria verbum Iesu, sed & internis,

e. t. animo & rotu. Te Deu. Credebat nimicu verbo Dei, totaq; interim amore, desiderioq; rerum coelestium rapiebatur, adeo ut terrestrium oblita esset, nec audiret, nec videret Martham sorore sic discutentem, apparantemq;. Huiusmodi igitur verbi Dei auscultatio in tantum placuit Christo, ut dixerit ad Martham, Matiam optimam seu meliorem partem elegisse, quæ nec auferetur ab ea: Vnum (inquit) est necessarium. Q. D. Una re in primis & maxime opus est, auditu videlicet verbi Dei, ac vera fide, internaq; pie gate. Qui sic vero dixerit quispiam. Hæc causa est: quicquid Deo gratum & animæ salutiferum esse debet, id iuxta verbi Dei præscriptum & in fide, spirituq; fiat necesse est. Nam quicquid cum Dei verbo pugnat, abominatione est coram Deo. Quicquid non est ex fide, peccatum est. Quicquid non procedit ex spiritu, hypocrisia est. Summa, verbum Dei, est lucerna per di bus nostris & lumen semitis nostris. Sine hoc omnia sunt tenebrae, sine hoc languent omnia charitatis officia. Similem autem habemus locum Act. 6. verbi Apostoli ministerium mensarum ministerio anteposuerunt. An non sacrissima est institutio Baptismi & Sacramentorum tamen his præfert Paulus ministerium verbi. 1. Corinth. 1. Huc & locus Luke 11. pertinet. Monemur igitur hic, ut quidem cum Martha sedulò in pauperibus & proximis Charitatis officijs excipiamus Dominum, verum ante omnia cum Maria asideamus ad Iesu pedes, verbumque eius audiamus, hoc est, iuxta verbum Dei omnia nostra & dicta & facta componamus, Domino adhaeramus fide firma ac vita, ac huic seruiamus in spiritu ac veritate, omnibusq; deniq; rebus terrenis postpositis ad coelestia anhelemus. Sic ergo & nos partem maiorem elegerimus, nec auferetur a nobis ynguam.

IN EPISTOL. CON. I.
FERIIS D. BARTHOLOMÆI
APOSTOLI, IN EPISTOLAM
CONCIO PRIMA.

Iam non es̄tis hospites & incole, sed concives sano
etorum, &c. Ephe. II.

Ræsens Epistola verbis quidem breuissima est.
At sensu secundissima simul & utilissima. Quò
autem maiori fructu intelligi à nobis possit, in duo
illam membra veluti partes diuidemus. Prius, ad fi-
dem nobis faciet: alterum conducedet ad piam vitam.
De utroque agemus ordine, idq; cùm paucis tum lu-
culentei.

Quod itaque ad prius attinet, ita inquit Paulus:
Iam non es̄tis hospites & aduene, sed es̄tis concives sanctorum
& domesticos Dei, superedificati super fundamentum Apostoloris
& Prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo. His
autem verbis recenset breuiter, quanta nobis benefi-
cia à Deo per Christū contigerint. Eramus ante lon-
gissimè à Deo, peccata enim nostra (vt vere inquit E-
liaias) ab ipso nos veluti gladius diuiserant. Inde eti-
am exules facti & profugi, in omnes miseras prola-
psi fueramus. Nam hunc conscientię morsibus impę-
tebamur, illinc peccati stipendum, mors nimium
eterna, nos terrebat vndiquaque, Sathan veluti ter-
ror crudelissimus nos miserrimis exagitabat mo-
dis. In summa, quocunque vertebamus oculos, nil
quisi desperatio & damnatio eterna conspiciebatur.
Ibi vero Pater indulgentissimus misertus nostri, su-
am & potentiam summam, & inexhaustam bonita-
tem exeruit, misitq; demum nobis filium suum, vni-
genitum Iesum Christum, qui nos e manibus iniuri-
orum nostrorum liberatos pristinę innocentię, &
liberati restitueret. Is igitur mos causa nostra in se

KKK 5 se su-

PER. D. BART. APOST.

se suscepta, factus est pacificator, & mediator no-
ster, soluensq; mediū maceriz parietem, hoc est, in-
tercapedinem per peccatū Deū inter & nos obfirma-
tam, nempe inimicitias, per carnis suz propriz obla-
tionem ac effusionem sanguinis sui, nos tunc Iude-
os tum Gentes suo Patri reconciliauit, ita ut iam libe-
rati sumus à peccato, à lege, à morte, à Sathanā & in-
ferno, atq; ambo ad ipsum Patrem accessum habeam-
us per illum in vno spiritu. Hoc nimirū pacto de-
solvimus esse (vt hic Apostolus inquit) hospites & ad-
uenz, hoc est, alieni & inimici, & facti contrà sumus
conciues sanctornm & domestici Dei, hoc est, filij ac
heredes ipsius. En, tanta tanq; exiūia beneficia no-
bis cōtigerunt diuinitus per fundamentū illud Ap-
stolorum & Prophetarū, summum angularem lapi-
dem Iesum Christum. Admonemur hic igitur: pri-
mo, vt constanti fide credamus, hæc nobis per ipsum
cōtigisse, idq; gratis, per suam immensam misericor-
diam: deinde, vt & omnem porrò in ipsius meritū ac
gratiam fiduciam collocemus, persuasissimū haben-
tes, vti antehac, sic & posthac ipsum nos respecturu:
postremò, vt gratias etiam illi, & laudis sacrificium
deferamus per omnem vitam.

Ceterū quod ad posterius attinet, in hunc mo-
dum ait Apostolus porrò: In Christo omnis adificatio con-
struetā, crescit in templum sanctum Domini, in quo ex vos co-
adificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto. In eum si-
nem nos Pater celestis per filium suum afferuit, vt
essemus ipsius templum, sacerdotium, & regnum, in
quo per spiritum filii sui habitet, sacrificaret sa-
crificia iustitiz, & dominaretur. Itaque omnes ele-
gi, quotquot fuerūt ab ipso orbe condito in præsen-
tem usque diem, propter tanta ipsis, vniuersoq; hu-
mano generi collata diuinitus beneficia, se se totos

com-

consecrarent templum Domino, vero functi sunt sacerdotio, ut potè corpora sua exhibentes hostiam viuentem, subdiderunt se ipius dominio in obedientia maxima. Hinc ergo & nos ihsdem affecti beneficijs, huc omnibus modis debemus eniti, quod nolnem totos Deo constituamus habitaculum in spiritu sancto, hoc est, ut Paulus alibi inquit, abnegantes omnem impietatem & carnalia desideria, veluti superbiam, auaritiam, libidinem, luxuri, odium, & id genus alia, in hoc mundo porrò piè, castè, sobriè, humiliter, & iustè viuamus. Quod autem re vera in hunc enem sumus redempti, testis Zaccharias Lucæ 1. Memoratus est (inquietus) Dominus testamenti sui sancti, Iurisurandi, quod iurauit ad Abraham Patrem nostrum, daturum se nobis, ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Testis est & Dominus ipse Ioan. 15. Ego (inquietus) elegi & constitui vos, ut eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Testatur etiam Paulus Rom. 6. Liberati (inquietus) à peccato, serui facti eis iustitiae. Testatur Petrus quoq; in priori sua, cap. 2. Christus (inquietus) pertulit peccata nostra in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiae vivamus. Quando igitur hac conditione liberati sumus, omnem etiam moueamus lapidem, uti satisfaciamus nostræ vocationi.

Repet. & hortare.

IN EANDEM CONCIO

SECUNDA.

Epistola hæc eam potissimum ob causam in hisco anno 518
D. Bartholomæi, & aliorum etiam aliquot Apostolorum serijs legitur, quod fundamenti Apostoloru

ac Prophetarū in ea fiat mentio, adeoq; quod & domesticorum Dei ibi fiat mentio. Nam Apostoli omnium intimi domestici & amici Dei fuere: vnde nimirum & ipse Dominus sic eos in Euangeliō affatus est: Vos dixi amicos, quia omnia quæ audiuī à Patre meo, nqua feci vobis, Ioan. 15.

Sed ad ipsum Epistolę scopum accingamur. Duo præcipua in ea nobis proponuntur consideranda: quo rum alterum est, ad quantam omnino felicitatem per Christum peruererimus: alterum autem est, quid is vicissim pro tantis beneficijs à nobis reponat.

De priori audiuitis heri, vniuersum humanū genus sese alienasse à Deo, inq; latrones (hoc est, Sathan & Mortem) incidisse. Constatbat autem hæc vniuersitas bifarijs populis, circuncisis nimicrum & incircuncisis, Iudeis & Gentibus. Etsi iam & Iudei sese à Deo alienarant, idq; non solùm ante circuncisionem, sed & post, ideoque merito hospites ac aduenas dicendi erant, quemadmodum & Dominus Psal. 10., eos vocat filios alienos & inueteratos, claudicantes à semitis suis: Tamen longè remotius sese Gentes (progenitores nostri) à Deo alienarant, quam illi. Hi em aberrauerant adeo, vt (neglecto Deo viuo & vero) mortales homines, immò bestias, quin & ligna, lapidesq; pro Deo adorarent: adeoq; peius & propudiōs viuerent, quam si bruta fuissent animantia aut beluzæ.

Hinc iam factum est, vt fuerint hospites & aduenas, hoc est, (vt Paulus ipse exponit) abalienati à Republica Israelis, estranei à testimonij promissionis, sine Christo spern. non habentes, Deoque carentes in mundo: in summa, reiekti omnino & damnati.

Sed ubi venit Samaritanus ille verus, Dominus noster Iesus Christus, pax nostra, in Iudiciorū duntaxat

IN EPISTOLI

titat vulnera obligauit, et
et & salutis duxit, qui nepe aber
& Gentium (hoc est, nostra) obligauit vulnera, eor
que ac nos (qui longissime aberraueramus) gratia
& salute dignatus est. Inde nimirum qui quondam
eramus longinqui, nunc propinqui facti sumus per
Christi sanguinem: qui ante Deum habebamus ira-
tum, iam eundem habemus propitium ac patre: qui
prius eramus hospites & aduenient, iam sumus conci-
ues sanctorum ac domestici Dei: qui olim Sachana
eram⁹ struetura, modò superstructi sumus super fun-
damentū Apostolorū & Prophetarū, hoc est, ipsum
sumimum angularem lapidem Christum Iesum. Vi-
de, ad tantam omnino felicitatem per Christum per-
uenimus, idque ex nimia charitate Dei, & ex mera
Christi gratia, non autem ex nobis aut operibus yl-
lis precedentibus.

Ceterū veniamus nunc ad posterius, quid scili-
et pro tantis omnino beneficijs Christus a nobis re-
ponit. Quae struetura (inquit Apostolus) in Chri-
sto coarctatur, ea crescit sanctum in Domino:
in quo & res coadiscantur in habitaculum Dei per Spiritum.
Sensus est, quotquot Christo fundamento superstructi
Qui seu ab eo redempti sint, eos ob id superstructos illi esse, ut sint templum & habitaculum ipsius. Quum
igitur & nos illi superstructi sumus, cōsequitur, quod
& ipsi templum, habitaculumq; eius esse debeamus.
Nam vero habitat in cordibus nostris Christus per si-
dem & charitatem. Ephe.3. Ut ergo vere habitaculum
ipsius esse possimus, fide & charitate ante omnia pre-
ditos nos esse oportebit. Porro templum requirit &
sanctitatem & religionem puram. Ut igitur & tem-
plum ipsius esse mereamur, sanctos nos ac religiosos
esse nascere oll.

Non

THOL. APO.

minus nos suum habita-
... ult, quām ut vicissim in ip-
... se templo & habitaculo habitemus. Tantò
aque magis ipsius templum & habitaculum esse co-
temur.

FERIIS D. BARTHOLOMAEI
APOSTOLI, IN EVANGELIVM
CONCIO PRIMA.

Ascendit Iesus in montem, ac vocat ad se quos volebat ipse et venerunt, etc. Marc. III.

46. **E**x hoc Euangelio hisce temporibus multi ansam
cepere contemnendi damnandiq; magistratus,
quales nimirum fuerunt tumultuantes rustici, & e-
tiamnum sunt anabaptiste. Quia enim Seruator di-
scipulis dixit, Reges gentium dominari earum, ipsos
autem non sic affectos, comparatosque esse debere,
existimauerunt statim, reiecos esse à Domino ma-
gistratus, nolleque illum, ut Christiani magistratu-
mingerentur. Verum hæc opinio peruersa non ali-
unde, quām ex pravo Euangeliij intellectu initium
sampsit. Alioqui adeò non reiecit magistratum Do-
minus, vt & exerte præceperit, danda esse Cæsari,
quæ illius sint, hoc est, magistrati vnicuique, quæ
debeantur, esse persoluenda, nimirum timorem, ho-
norem, vestigal. Hinc & Paulus Rom. 13. expressis
verbis testatur, Magistratum esse ministrum Dei, & à
Deo ordinatum. Quare etiam, si quis renitatur ei, il-
lum Dei ordinationi resistere, & Dei incurtere iudi-
cium. Inde & Petrus hortatur Christianos omnes, vt
sint subiecti humanæ potestati, regibus, ducibus,
principibus propter Dominum. Nam id esse volun-
tatem Dei. Non igitur reiecit magistratum Domi-
nus.

mur, sed approbat: neque damnant Apostoli, sed laudant.

Ergo nec nos pseudodoctorum exemplo illum contemnemus, sed venerabimur ac reuerebimur. Sed dixerit quispiam: Si Christus (vti tu dicis) non regit Magistratum, quare itaque verat hic, ne discipuli similes sint gentium regibus? Haec verba solis Apostolis dixit, hoc est, Episcopis, & verbi ministris. Eos noluit, neque hodie etiam vult, principi more dominari: noluit, ut ad magnos honores ac dignitates cotenderet, sibiique caput aperiri ac incurvare genua amibirent: sed potius ut suo exemplo, omnium essent ministri ac minimi, quoque essent præstantiores, hoc magis omnibus inferire conarentur. Sic enim Paulus i. Timot. 3, de Episcopis inter cetera dicit: Non decet Episcopum esse percussorem, non litigiosum, non turpiter lucri cupidum, sed suæ domui bene præpositū. Item Tit. 1. Oportet Episcopum sine crimine esse, non superbum, non iracundum. Sic & Petrus in priori capite 5. Episcopos & vecibi Ministros alloquitur: Presbyteros (inquietus) qui in vobis sunt obsecro, compresbyter & testis Christi passionum, qui & eius, quem in futuro reuelanda est, gloriæ particeps, pascite quantum in vobis est gemmam Dei, curam illius agentes, non coacte, sed spontaneè, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie, neque ut dominantes in clericos, sed formâ facti gregis.

Tales iam omnes episcopi & Ecclesiæ prælati merito esse debebant: sed quoniam minus sunt & quæ tales, id corrigeremus neque debemus neque possumus. Si alites se gerunt, hoc est, sunt ambitionis, & dominantur veluti Principes cum cleri cum populi Christiani, id Dominus summus ille pontifex ac Episcopus anima rum nostrorum iudicabit tempore suo.

Nos perinde, uti magistratus politici, sic & illa-

per omnia obediemus, nisi fortassis quippiam præterent, quod pugnaret ex diametro cum verbo Del. Tum enim neistis deberemus obedientiam. Oportet nanque Deo magis obedire quam hominibus. Si iam vero tantam humilitatem Dominus ab episcopis exigit, possumus inde colligere, eum & à nobis, ut pote subditis, exigere non modicam. Omnes igitur, quotquot à Christo stamus, simus humiles & modesti, ut ab illo vicissim exaltemut.

Amplifica, repeate & hortare.

IN IDEM CONCIO SECUNDA.

Quanam de causa Euangelium hoc ad D. præsertim Bartholomai ferias dedicatum sit, non possum indicare certo, nisi forte propterea sit factum, quod Dominus regum gentium in eo meminerit. Nam creditum est superioribus seculis, fuisse Bartholomeum regis cuiusdam filium: verum colliquet ex historijs Ecclesiasticis, fuisse illum Galilæum ac plebeium hominem, quemadmodum & reliqui Apostoli. Sed non admodum multum habet momenti, quare hoc vel illud Euangelium huic vel illi die inuncupatum sit, modo persuasum nobis habemus, nihil temerè ab Ecclesia institutum esse, & omnia salutis nostræ ergo proponi nobis. Sciamus igitur, & præsens Euangelium ad peculiare, insignemque seruire doctrinam nobis omnibus. Doctrina vero, quæ in eo continetur, contra superbiam & ambitionem tendit, & commendat contraria humilitatem ac honoris contemptum. Et si autem doctrina haec generaliter ad omnes cuiuscunque etiam status homines applicari, & pertinere potest, in primis tamen Ecclesiasticas personas concernit. Non damnat hic Domi-

Dominus magistratus politicos, ut metiuntur animi baptiſte: nam omnis potestas à Deo ordinata est, & est magistratus minister Dei. Rom. 13. Sed facit magna diſcrimē inter magistratus politicos, & magistratus ecclesiasticos. Illi dominantur populis subditis, & potestatem in eos exercent, idque necessariō: nō enim præcellentes & potentes essent, hoc est, regerent homines legibus, & transgreſſores punirent, à nullo proſlus flagitio abſtinerent mali, nec tutò prodire vſpiam poſſent boni: ſunt igitur principes terrori malis, & defenſioni bonis. Rom. 13. 1. Pet. 2: Verum non vult ſic dominari, & potestatē exerce-re Christus ſuos Apoſtolas, & horum ſucceſſores: Contendebant quidem illi inter ſe, quis eorum fu-turus eſſet maiori, hoc eſt, alijs eſſet dominaturus: ac dicit ipſe, Vos autem non ſic. Non debent igitur magiſtratus Ecclesiastici, Papa, Patriarchæ, Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & alij id genus, do-minari in corpora & bona ſubditorum, ſed anima illorum regere debent, vnde & animarum dicuntur curatores: neque debet gladio materiali ferire quēquam, ſed gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Hic enim iſpis commiſſus eſt, alter Magistrati politico. Quod autem hodie diuerſum fieri videmus, vide-rint & defendant illi: nos hīc iuxta Christi ſenſum loquimur. Iam reges & principes, alijs que magiſtratus ciuiles ſunt ferē (ſed per abuſum) fastuosi & am-bitiōsi: quanquam tamen & nonnulli inueniantur, qui ab hiſ vitijs longè alieniſſimi ſint. Cæterū ma-gistratus ecclesiastici nihil minus, quam superbi aut am-bitiōsi eſſe debent: ſed debent eſſe humiles, & ho-nores reputare tanquam rudera. Habent hīc prin-ci-pem iſum paſtorum omnium pro exemplari, quem imitentur. Ita ſuit nutris & humilis corde, venitque

non ut ministraretur sibi, sed ut alijs ministraret.
Matth. 11. 20. Habent item Petrum Apostolorum
principem, ad cuius pedes quuni Cornelius Centu-
rio adorabundus procidisset, dixit ille: Surge, & ego
ipse homo sum. Acto. 10. Habent quoque Paulum,
qui sic dicit: Ego minimus sum apostolorum. 1. Cor-
inth. 15. Sic nos existimet homo tanquam ministros
Christi. 1. Corinth. 4. Atque (ut proprius accedamus)
habent Gregorium etiam Magnum, qui nimis
cum ipsis defterretur ab alijs episcopis, ut aliorū sumi-
mus esset pontifex, seu princeps, anathema dixit se
ita appellantibus, primusq; ob id seruum seruorum
sele vocavit. O quam degeneratu est ab huiusmodi
humilitate nunc. Sed ferendum nobis est, quod mu-
tare nequimus. Atque haec dicta breuiter sint, quod
Apostolos, & Apostolorum successores attinet. Ce-
terum quod in genere spectat ad nos omnes, doce-
mur, & nos (cuiuscunque etiam vocationis simus)
ab omni fastu ac ambitione quam alienissimos, con-
traque humiles, & honoris contemptores esse oport-
tere. Si enim apostoli debebant esse sicut iuniores, &
ministri, etiam si maiores ac principes essent: quanto
magis nos (qui videlicet indigni sumus soluendis
ipsorum calceis) sicuti iuniores, ministrosq; esse de-
cebunt. Humiliemur igitur sub potenti manu Dei,
inseruamusque omnibus sedulò. Sic nimis & no-
bis disponet Christus regnum, atque exaltabit nos,
ut edamus & bibamus in regno ipius: atque vi apo-
stoli, & illoru veri successores sedebunt super thro-
nos iudicaturi duodecim tribus Israel, ita nos
omnes ab illorum districto iudicio eri-
mus immunes, cumq; ipsis regnum
Christi Iæti ingredie-

misi.

F. E.

IN EPISTOL. CONC.
FERIIS DECOLLATIONIS
IOANNIS, IN EPISTO-
LAM CONCIO.

Ego etatis iustorum iustitia, spes autem impiorum peribit, &c. Proverb. V.

IN hac Lectione Sapiens contraponit pios & impios, vtrorumque vitam, & vtrorumque exitum. Estque ~~anno q[uo]d~~ hæc antithesis non ~~re~~alis solum, sed & summè necessaria nobis & quæ omnibus. Nam quum natura nostra deprauatior sit, quam ut deinceps possimus, quid fugiendum, quid item amplectendum, vtrumque ex collatione huiusmodi deprehendere licet. Quare vos admonitos velim, fratres in Christo charissimi, ve summa diligentia aduertatis animum.

Principio vero (ut omnia dilucidiora fiant) exempla eabo vobis paucis, qui nam te ipsa sint pii, simplices, & recti: qui contraria sunt impi, duplices, & prauitatis. Huius igitur sunt vere pii, simplices, & recti siue iusti, qui de propria iustitia, proprijs meritis, proprijs operibus desperantes, ex toto corde credunt, censent, & agnoscunt, Dominum solum suum esse seruatorem, suam iustitiam, suorum operum auctorem, suum auxilium, suam spem, consolationem, fortitudinem. Atque hæc definitione Dominus ipse confirmat Ierem. 9. Non glorietur (inquietus) sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in divitiis suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me, quod ego sum Dominus faciens misericordiam, & iudicium & iustitiam in terra: hæc enim placent multi. & Paulus 1. Cor. 1. Ex Deo (inquietus) vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, & iustitia & sanctificatio & redemptio, ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur in Domino.

ELL 3 gloriatur

glorietur. At illi contrà impij, duplices, praui, & iniusti vere sunt, qui (teste Ieremias cap. 2.) relusto fonte aquæ viuæ, fodiunt sibi lacunos contritos, non continentes aqua, hoc est, qui aspernati Dei iustitiam, sapientiam, sanctificationem, auxilium, suæmet ipsorum iustitiae, sapientiae, sanctitati nituntur. De his ait Dominus in Euangelio: Vos estis qui iustificatis vosmetipso, sed scrutator cordium Deus est.

Iam considerabimus porrò, quæ vtrorumq; vita sit. Nam hinc certissimò deprehendemus nos vel pijs vel imp'os. Piorum vita duabus notis deprehenditur: verbis scilicet & operibus. De verbis sic Sapiens inquit: Os iusti parturit sapientiam. Labia iusti considerant placita. De operibus vero: Simplicitas iustorum dirigit eos. Injustitia rectorum liberabit eos. Vide, pijs, iusti, & simplices, nihil aliud loquuntur, quam utilia & salutaria, quam ea, quibus proximus docetur ac edificatur ad pietatem: nihil aliud operibus suis exercent & testantur, quam iustitiam, simplicitatem, & æquitatem. Faciunt euique quemadmodum sibi ab alijs velint fieri. Vbi iam has deprehenderimus notas, ibi re vera adest pius, iustus, & simplex. Non enim potest arbor mala bonos fructus facere, nec arbor bona malos fructus.

Iam quemadmodum p̄h, sic & impij tum verbis tum factis certo cognoscuntur. Nam sic Sapiens inquit: Os impiorum peruersum. Simulator ore decipit amicum suum. & hoc de verbis: de factis vero: Supplantatio peruersorum rapiabit illas. In insidias capientur iniqui. En, impij nihil loquuntur aliud quam praua, inutilia, noxia, dolosa, quam ea, quibus proximum decipient, peruerstant, & ad impietatem allicant: nihil item aliud faciunt, aguntque, quam meram iniustitiam, fraudem, iniquitatem. Vbi haec itaque note videntur, ibi impij adjunguntur. Non enim potest bona arbor malos fructus.

Qus

Sus facere. Sed quod vtrorumq; erit præmium? Sib
inquit Sapiens: Expectatio instorum letitia, spes autem imo
piorum peribit: Fortitudo simplicis via Domini, & pauperis h[ab]it,
operantur malum. Iustus in eternum non commouetur,
impi autem non habent abutur super terram. Ecce, p[ro]ij hic senti-
ent tranquillitatem, & lætitiam conscientiæ, con-
fortunabunturq; in via Domini, & post hanc vitam
saluabuntur æternum: impij contraria h[ab]ent us-
que pauorem, & desperationem, & tandem æternum
eradicabuntur. Nam eligat quisq; nostum alterutram
viam, vel impiorum vel piorum. Sed si sapiens, eliga-
mus piorum consortium.

Amplif. rep. hort.

FERIIS DECOLLATIONIS IO- HANNIS, IN EVANGELIVM CONCIO PRIMA.

Herodes misfis fatellitibus, manus insecerat in
Iohannem. — Marc. VI.

A Gimus hodiè (vti nostis) annuam recordatio- *Ratione anno 36*
nem decollationis D. Ioannis Baptiz[er]t. Aptissi-
me ergo audituni Euangelium proponitur nobis in
præsentiarum. Nam audimus in eo luculenter, *¶*
quo, & quare, & quando Joannes decollatus sit: id
quod non solum ad historiæ facit veritatem, verum
etiam ad peculiaria aliquot dogmata.

Primo quidem expresse dicit Marcus, Herodem
regem manus in Ioannem inieciisse, vinxisseque in
carcere illum, & tandem etiam decollart eum iussisse.
Hoc nempe exemplum damnat in magistratu ty-
rannidem & abusum potestatis: monetq; magistra-
tum, ne accepta potestate abutantur, ne pios ac in-
noxios opprimant. In hunc sinem Deus potestatem
& gladium illis tradidit, non ut pios persequantur,

sed ut malis sint terrori, horumq; malitiam compescant, piosq; ab horum tyrannide defendant. Non ergo manus iniuriae debent in pios & innocios, ut Herodes fecit: sed in impios & flagitiolos, ut prius fecerunt viuere possint. Si vero omnino tyrannidem pro animi libidine exercere volent, eundem certe fortentur finem, quem omnes tyranni fortiti sunt, & praecepsit Herodes illi.

Sed veniamus iam ad cauillam captiuati & decollati Ioannis. Propter Herodiadem captus est, & occisus, quod scilicet increpasse Herodem propter incestas illas nuptias cum Herodiade fratri sui etiam pium viuentis uxore initas. Propriam enim uxorem, Aretz nempe Regis Arabiz filiam, propudiarat: & fratri contraria coniugem, Herodiadem in quam Aristobuli filiam & Agrippam maioris sororem, vel rapuerat: sed sic, ut illa (scortum nempe pessimum) vultu & ex pactis incestum illud matrimonium suscepserit. Sola igitur iniuria libido in causa fuit, quod magis extingueretur Ioannes. Quum resculset Herodias, Ioannem sic Herodem increpasse, insidias tendebat illi, conabaturque eum per se se occidere. Vazum quum hoc commode efficere non posset, perrouit ipsum Herodem, ut isti illu caperet & occideret. Adducit autem Iosephus aliam cauillam huiusmodi captiuationis & occasionis, Antiq. lib. 18. cap. 10. nempe quod veritus sit Herodes, ne forte doctrinæ Ioannis persuasione populi à suo regno discederent, quā praesertim videret plebem in omnibus obedire illius præceptis: malueritq; igitur præuenire illum nocte ante inuocationem, quam post turbatis iam rebus seram agebat poenitentiam: ideoq; vinculum illum in castellum Machærunta abduxisse, ibique esset truncatum. Verum quod hanc cauillam publice He
rodias

rodes forte prætexuerit, intimia tamen & potissimum
causa (vt diximus) scœda libido fuit. Videmus igitur
hic, qui sunt fructus spurci amoris: quantumque
malum sit, audire mulierem libidinosam. Sed hoc ex-
emplum dehortabitur nos a libidine, ne & ipsi in si-
milia flagitia propellamur. Ac cum primis monebū-
tur magistratus, vt iij quām longissimè ab Herodio
exemplo absint: hoc est, ne ipsi ijs flagitijs obnoxij
sint, quæ in alijs punire & solent & debent.

Cæterum vt & sacerdotes, concionatoresq; hinc
aliquam doctrinam hauriant, monentur hi, vt (lo-
annis exemplo) fortiter, libereq; peccata & peccan-
tes redarguant, quantucunq; etiam sibi conscienciant
periculum. Non nesciuit sanctus Dei propheta, qua-
li ingenio prædictus esset Herodes: non ignorauit,
quantum sibi consciencerent periculum, si vera fide, li-
bertateq; prophetica laruam regi, & regio illi scoto
detraheret: nihil tamen vel ipsum mortis discrimen
vel indignationem principis summam, vel regalem
etiam auctoritatem reueritus, in faciem & apertis
verbis scelus opprobrat, peccatiemq; meliora docet.
Debent ergo & concionatores eadem constantia &
libertate accusare scelera citra figuram, peccatores-
que cominoñ facere ad pœnitentiam: sed citra dica-
citatem & petulantiam, solius diuini zeli gratia.
Observandum quoque hic est, gradus consanguini-
natis & affinitatis non esse euangelica prædicatio-
ne abolitos: ideoque nemo in his sibi sub Euange-
lij prætextu nimium debet permittere, sed sequi di-
uinam & naturalem legem, præterea & honesta-
tem ac decorum Christianum. Ad hęc præmoneri e-
tiam Herodis exemplo debemus, ne peccemus in Spi-
ritum sanctum, ne cōfessi & agniti veritati renita-
gur: quemadmodum ille sciebat Ioannem virum iu-

Num ac sanctum esse, & nihilominus tamen illum
 occidit. Nam huiusmodi peccata non remittuntur,
 neque in hoc seculo, neque in futuro. Matth 12. Cæ-
 terum audiamus iam porrò, quando decollatus sic
 Ioannes, qua item ratione ac via ad cædem ipsius
 peruentum sit. Nihil prius habebat Herodias, quām
 ut Ioannes extingueretur. Itsi autem eò perinoue-
 rat Herodam, ut caperetur ille: non tamen statim af-
 sequuta est, ut simul occideretur, quod nimis
 adeò obseruaretur is ab Herode. Obleruauit igitur
 opportunitatem, nempe diem natalem Herodis. Scie-
 bat enim tum ad ebrietatem usq; potare regem, eo-
 que ut ad impunitatem omnem, sic & ad cædem esse
 proliuū. Ut verò eò perduceret rem, filiū opera sua
 est. Huius saltationes impudicæ mire afficiebant re-
 gem: curauit ergo illa, ut hæc saltaret, utq; saltatio-
 ne huiusmodi à rege impetraret quiduis, & sic de-
 minūm sancti viri caput. Hic iam videmus, quid fru-
 tus adferant coniuia crapulosa & ebrietates, ni-
 mirum vehementiora turpis amoris incendia, om-
 nem leuitatem, temeraria iuramenta, & insolentium
 cœdes. Si sobrius fuisset rex, no adeò affectus fuisset
 saltatione, neq; temere iurasset, multò minus virum
 illum iustum & sanctum iussisset decollari: At quia
 ebrius fuit, omnia facilè subsequita sunt mala. Hoc
 ergo sanguinolentu exemplū monet nos, ut caue-
 mus ab ebrietate, ut absimus à crapulosis coniuijs, ut
 oculos nostros auertamus ab impudicis gestibus, &
 omni leuitate, ne & ipsi in similia flagitia incidamus.
 Præterea vero & huius monemur, ne temeraria iurem'
 atq; etiam si forte iurauerimus, ne tamen temeraria
 vota adimpleamus. Monemur itē, ut ab omni hypo-
 criti quām alienissimi simus. Monemur denique, ut
 (Ioannis exemplo) patenter omnia feramus: per-
 suasi

IN EVANGEL. CONC. II.

suasi scilicet, et si corpus occidant tyranni, animant
tamen manere immortalem, eamque è mortis erga-
stulo liberari, neque in vitam æternam. Monemur
quoque tandem, ut discipulorum Ioannis exemplo
etia mortuis humanitatis officia sedulò exhibeamus.

IN IDEM CONCIO

SECUND A.

Ex hoc Euangelio accepimus, quem vitæ finem
obtinuerit D. Ioannes Baptista, quod nimurum
Herodis iussu in carcere decollatus sit: accepimus
quoque, quam ob causam capitis supplicium sub-
ierit, nempe propter Herodiadem vxorem Philippi
fratris Herodis. Quia vero in causa sita est potissima
huius historię doctrina & utilitas, hanc in prælentia
paulo diligentius consideremus. Non mortis suppli-
ciu, sed mortis causa discernit pios & impios. Quod
igitur obtruncatus est Ioannes, id tam impij quam
pij commune cum ipso habent: at causam, quur sic
capite plexus, soli pij cum ipso habent communem,
non impij. Nequaquam propter flagitia aut malefa-
cta occisus est. Nam erat sanctus, iustus, innocens;
atque ipse etiam Herodes sciebat ipsum virum esse
iustum ac sanctum. Sed occisus est propter iusticię, &
veritatis professionem, quod scilicet Herodem de-
inceps, & adulterio arguit. Veritas nēpe peperit
odium, & parricidium hoc. Herodias Philippi fratris
Herodis erat vxor legitima: at Herodes, fratre eti-
amnum viuente, vi abstulerat Herodiadem, eaque
pro vxore sua abutebatur, propria interim repudia-
ta. Quia igitur facinus huiusmodi & diuino & hu-
mano iuri, oninique adeò honestati repugnabat, ar-
guit Ioannes Herodem, dicens: illicitum esse quod
haberet fratis sui cōjugem. Hanc solam ob causam

in Machæruna & vino & decollatus est, teste etia Iosepho. Sic veritatis odium illi causa mortis fuit. Sed quidnam extrusit odium huiusmodi? sola certe turpis libido. Hæc & Herodi & Herodiani alte interderat, nec animus erat relinquere: ob id Ioannis admonitio verique consciuit bilem. Cæterum odium, quod sic extrusit libido, promovit & consummauit luxus, saltatio, & iusurandum temerarium. Nisi enim Herodes coniugium natalitium instituisset, non saltasset puella Salome: at si non talasset, non dedisset optionem ille petendi quiduis, siccq; nec iurasset: si autem non iurasset, non postulasset Salome caput Ioannis, nec fuisset proin Ioannes decollatus. Videamus igitur hinc sole meridiano clarius, quid fructus oritur ex libidine, luxu, saltationibus, & temerario iureiurando. Verum agamus non nihil de hisce singulis ad nostri præmonitionem. Eò pro dolor ventum est, vt & apud nos hæc flagitia increbuerint, ac indies magis, magisque radices agant.

Fornicatio simplex pro nullo amplius peccato habetur: adulterium vero, ludus & locus est: at incestus, hoc est, congressus cum consanguinitate, affinitate, & Deo conlectatis, veniale peccatum censetur. Atque utinam vel à Sodomita illa libidine pri omnes simus.

Quid verò hinc sequetur? certè lerna omnium malorum. Miserrime semper perierunt fornicarij. Quare & Syrach inquit: Fornicarij se iungens erit nequam, putredo, & vermes hereditabunt illum, contabescet in exemplum alij, & tolletur de numero anima eius. Iam luxus, hoc est, crapula & ebrietas, item saltationes & chorzi tam sunt vulgares, vt pro virtute ferè habeantur. Verum certe sunt somites libidinis, omniumque adeò flagitorum. Audiamus scriptu-

scripturam. Oseas cap.4. inquit Fornicatio, vinum
& ebrietas auferunt cor. Et Syrach cap.19. Vinum
& mulieres apostatare faciunt etiam sapientes. Et
Ezias cap.5. Væ, qui mane consurgitis ad festan-
dam ebrietatem, & potandum vique ad vesperam:
vinumque in conuicijs veltris, cum cythara, lyra,
tympano, & tibia, & opus Domini non respicitis.
Et Solomon Proverb.20. Luxuriosares vinum, & tu-
multuosa ebrietas: qui his delectatur, non erit sapi-
ens. Et 15. Qui commorantur vino & qui student ca-
licibus epotandis, ipsis nimirum vae, miseria, rixæ,
fouæ, sine causa vulnera, & rubor oculorum. Vi-
num si biberis, oculi tui videbunt extraneas, cor
tuum loquetur peruersa, eris sicut dormiens in me-
dio mari. Syrach item cap.9. Cum muliere (alu-
tricene sis assidua, nec audias illam, ne pereas in
efficacia illius. Ceterum quod ad iustitiam at-
tinget temerarium, plus satis eheu prompti sumus,
& leniter enim vouemus, & facile votum malum
reddimus: contrà si quid boni voulimus, aut nun-
quam aut ægre stamus pollicitis. At (si sapimus, si
que Dei in nos suorem excitare nolimus) ne imite-
mur Herodem. Si quid voulimus, quod ad Dei glo-
riam, & proximi salutem facere possit, id sancte red-
damus. De huiusmodi nimirum voto sic habemus
Ecel.5. Si quid voulisti Deo, ne moreris reddere, nam
alioqui multò melius est non voulere, quam posse vo-
tum promissa non reddere. Sin verò quid voulimus
aut iurauimus, quod contra Deum & in proximis
damnnum cedat, id minimè seruare debemus, ibi præ-
stat nos esse periuros, quam fideles exempli Daui-
dis 1.Reg.25. De hoc apud Ecclesiastem habemus
Promissio infidelis & stulta Deo displiceret. Hæc bre-
viter sunt, quæ in Herode, Herodiada, & Salome

nobis fugienda proponuntur. Utinam resipiscamus tandem & sinamus nos admoneri. Porro autem ex Ioannis persona discamus sinceritatem fidei, puritatem doctrinæ, zelum Dei & virtutum, professionem veritatis, fortitudinem & constantiam in agendo, patientiam denique in aduersis. Ipse met & alij sancti omnes propter veritatem, & iustitiam, odium, mortemque deuorauit: animemur itaque & nos ipsius exemplo ad mundi odium ac persequiciones, sed sic ut propter veritatem & iustitiam itidem patiamur, non ut sues, homicidæ, heretici. Nam haec gratia apud Deum est, si quis propter conscientiam Dei suffert molestias, præter meritum affectus manus. I. Pet. 2.

Amplifica.

FERIIS NATIVITATIS MARIAE, IN EPISTOLAM CONCIO PRIMA.

Dominus posedit me in initio viarum suarum, &c. Proverb. VIII.

Malibet
M 49- **A**d hanc Lectionem probe & cum fructu intelligendam duo præsertim cognitu necessaria sunt. Prius quidem est, quænam sit persona loquens: posterius vero est, ecquid ea potissimum loquatur. Quod ad alterum sane attinet, testatur Solomon, loquenter personam esse ipsam Sapientiam, sic enim ait: Sapientia clamat, & prudentia dat vocem suam in summis, excelsisq. verticibus supra viam, in medijs semitis stans, iuxta portas ciuitatis, in ipsis foribus loquitur. Sapientia autem vera (ut & alias demonstrauimus ex I. Corint. 1. cap.) est ipse Iesus Christus Seruator noster. Certum hinc itaque est, hunc loquenter esse personam. Ceterum quod attinet ad alterum.

alterum, quid nimirum is loquatur, id nunc considerabimus, adeoque explicabimus, breuiter simul & dilucidè. Loquitur principio de sempiterna sua diuitate, deinde verba habet de humanitate sua seu incarnatione, tandem ac postremò explicat & fructus in se creditum, & incredulorum æternā perniciem. De his vero tribus membris sigillatimi non-nihil pro nostri doctrina dicemus.

De primo, sempiterna nimirum sua diuinitate. Sic Sapientia Iesus Christus inquit: Dominus posedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio. Ab eterno ordinata sum, ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego concepta eram. Non dum fontes aquarum eruperant, nec dum mores fundati erant, ante colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat, nec fluma, nec cardines terre orbis. Quando preparabat colos, adeo tam: quando certa lege & gyro vallabat abyssos: quando aethera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum, quando circundabat mars terminum suum, & legem ponebat aquis transirent fines suos, quando appendebat fundamenta terra, eo eram cuncta componens, & delelabam illum persingularis dies, ludens coram eo omni tempore. Hac enumeratione declarat Seruator noster, se ab æterno vnâ cum Patre & Spiritu sancto verum fuisse Deum, adeoq; per se unum crelum & terram, & omnia quæ in eis sunt, esse creata ac perfecta. Sic autem Ioannes haec ipsa Domini verba Ioan.1. explicat: In principio (inquit) erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sic & Paulus Coloss.1. iuxta eundem sensum inquit: Christus Iesus filius Dei patris, est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipso condita sunt vniuersa in coelis & in terra, visibilis.

hibilita & inuisibilita, sive throni, sive dominationes,
sive principatus, sive potestates, omnia per ipsum &
in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes.

Quum itaque hoc pacto res sece habeat, hoc est,
quum Seruator noster ab æterno verus Deus & con-
ditor omnium fuerit, hodieque etiamnum sit. non solùm
fugiendi, sed & execrandi sunt hæretici omnes, qui
Iphus diuinitatem impugnarunt, ut Ariani, Sabel-
iani, Nestoriani, adeoque & illi, qui hodie non crede-
te modo, sed & palam in popinis affirmare audent,
eundem nostrum Dominum non ante suisse Deum,
quam factus esset duodecim annorum. Certo si ante
non fuit Deus, nunquam Deus fuit: Deus enim esse
non potest, qui non fuerit is ab æterno. Atqui Iesus
noster ab æterno Deus fuit, ut iam ex hac Lectione,
& testimonij Apostolicis audiuitis. Fallissimum igit
tur est, ipsum duodecimo demum anno Deum esse
cepisse. Quare quam cordi vobis est vestra salus,
tani hos temerarios fugite & detestenimi.

Iam vero de secundo, humanitate scilicet ac incar-
natione sua, sic portio inquit Sapientia, idem Domi-
nus noster Iesus Christus: *Ludo in orbe terrarum, & deli-
cie meae sunt esse cum filio hominum.* His declarat verbis,
se ex voluntate patris cooperante Spiritu sancto,
quam esset verus Deus, veniente in mundum, factum-
quiscum verum hominem, nostræ imbecillitat^e
per omnia (solo peccato excepto) participem.

Hanc vero sententiam sic confirmat Baruch pro-
pheta, de ipso loquens cap. 3. Hic est Deus noster, &
non estimabitur aliud aduersus eum. Hic adiunuenit
omnem viam disciplina, tradidit illam Iacob pue-
ro suo, & Israel dilecto suo. Posthac in terris visus
est, & cum hominibus conuersatus est. Hoc pacto &
Iohannes cap. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in
nobis,

nobis, & vidimus gloriam eius. Et Iaulus Phi. 2. Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequali Deo, sed semetipsum exinanuit, forma serui assumpta, & habitu inuictus est ut homo. Item Heb. 1. Quia pueri communicauerant carni & sanguini, participauit & ipse similiter eisdem, ut per morte destrueret eum qui mortis habebat imperium, id est, diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Quum ergo ex his testunionibus certum sit, Seruatorem nostrum verum factum esse hominem ex homine Maria, non videnti modo, sed & aeternum dexterstandi sunt Marcionites, Valentiniani, & Anabaptistæ, qui blasphemant, illum phantasticè apparuisse, aut sumptissime humanitatem suam non ex Maria virgine, sed attulisse è cælo. Profectò si humanitatem non ex homine sumpsit, non fuit homo. Neino enim esse potest, nisi natus ex homine. Si autem non fuit homo, non est natus, non mortuus, non sepultus, non reuixit. Sumus ergo adhuc in peccatis nostris aeternum damnati. Atqui verus fuit homo, & adhuc est, ut ex superiori citatis elogio colliqueret, & Paulus præsertim Galat. 4. testatur, dicens: Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege.

Ementitum itaque est, ipsum aut phantasticè appariisse, aut attulisse corpus è cælo. Quapropter quantoperè falsus vobis cordi est, tantoperè fugitus haecce blasphemias impiissimas.

Porrò de tertio ac ultimo, fructibus nempe in se credentium, & incredulorum pernicie, hoc pacto Iesus Christus ipsiusmna Sapientia inquit: Nunc ergo si iei audire me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite discipulos meos et estote sapientes, et nolite abducere eam. Beatus qui audire me, qui vigilat ad fore meas quotidie,

ad postes

ad postes officii mei non sum qui me inuenierit, inueniet vitam,
 & hanc sit alia a Domino: qui enim in me peccaverit, læ-
 deret. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem.
 His vero inquit nat, omnes eos qui in se credit, hoc
 est, per misericordiam habent, ipsum esse simul & ve-
 rum Deum ab æterno & verum hominem in tempo-
 re, eoque se & verbum suum audiunt ac amplectun-
 tur, eos inquam futuros beatos, & æternam inuentu-
 ros vitam: Contrà, eos omnes qui in se peccant, ip-
 sumque oderunt, hoc est, impugnant ipius tum di-
 uinitatem tum humanitatem, eoque illum nec au-
 dire nec sequi volunt, suam ipsorum animam Iæsu-
 ros, mortemque incuriosos sempiternam. Hanc ve-
 ro assertione sic confirmat Ioannes Baptista, Ioan. 3.
 Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui vero
 filio non credit, ira Dei manet super eum. Et Petrus
 1. cap. 2. Vobis (inquietus) honor credentibus in eum:
 non credentibus autem, lapis quem reprobrauerunt
 edificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis of-
 fensionis petra scandali his, qui offendunt verbo,
 nec credunt in quo & positi sunt. Et Ioannes Evan-
 gelista 1. cap. 5. Qui habet filium Dei, habet vitam:
 qui non habet filium Dei, vitam non habet. Quan-
 toperè igitur æternum vivere cupimus, & æterna sup-
 plicia detestamur, tantopere in Iesum credamus, &
 tisque sequamur verbum.

IN EANDEM CONCIO SECUND A.

A anno 56. **Q**uo confilio Lestio hæc Solemonis ad festiui-
 tam hodiernam accommodata sit, non pos-
 sum certo ediscerere: nisi, quod forte de matre virgi-
 ne intellecta est, ideoque (quum præsertim persona
 loquens inter alia Conceptionis seu Nativitatis sive
 facias

faciat mentionem) in hanc natalis eius diem ordinata. Sed vt cunque sit, hoc extra omnem controvèrsiam est, loquentem personam esse, non ipsam matrem virginem, sed eius filium Dominum nostrum Iesum Christum, Dei & naturalem filium, & æternam sapientiam. Loquitur autem is (vt breves simus) & de diuina & de humana sua generatione, natuitateq; docetque demum, quomodo a nobis velit haberi, & quid fructus hac ratione per ipsum consequuturi simus.

Primum quidem, quod ad diuinam Christi generationem spectat: dicit, se à Domino (nempe Deo Patre) ab initio viarum ipsius, & ante omnem creationem posse illum esse, ab æterno esse ordinatum antequam terra fieret, ante abyssos & fontes & montes & colles & cardines orbis terræ esse conceptum ac natum, adfuisse præparationi cœlorum, & abyssorum circumuallationi, & firmationi ætheris, & libratio ni fontium aquarum, & circumcisioni maris & aquarum, cuncta denique in appensione fundamentorum terræ composuisse cum eo, & lusisse coram illo omni tempore. Quibus nimirum verbis id summam innuit, se ab æterno & ante omne tempus ex Patre esse natum ineffabiliter, cunctaque per se esse creata & cœlum & terram & omnia quæ in eis sunt, seq; esse unicas delicias Dei Patris, atque ideo verum Deum de Deo vero. Sic autem D. Ioannes hæc interpretatur: In principio (inquietus) erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat illud verbum, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine eo factum est nihil, quod factum est.

Iam vero quod humanam eius natuitatem attinet, dicit porro, se lusisse in orbe terrarum, & delicias suas esse ut sit cum filijs hominum. Quibus nempe verbis non obscure explicat, sicut tempus, ut quæ

ab æternō Deus ex Deo genitus esset, in tempore ho-
mo etiam ex homine naceretur, cumque homini-
bus conuersaretur, & horum operaretur salutem.
Bic vero hæc Ioannes interpretatur: Verbum(inqui-
ens) caro factum est, & habitauit in nobis. Ioan.1.
1.Ioan.1. Quod erat ab initio, id audiuiimus, vidimus
oculis nostris, & perspeximus, & manus nostræ con-
trectauerunt verbum vitæ, & vita manifesta est.
Videte quæso, quām pulchrè concordent in I E S V
nóstro & yetus & nouum Testamēnum, vaticinia &
impletiones.

Verū ad tertium iam venianus, quomodo sci-
llet ipse à nobis velit excipi, hoc est, quid à nobis
requirat, & quid per ipsum simus consequunturi:
Nunc filii(ait) me. Beati qui custodiunt vias meas.
Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abiicere eam.
Beatus homo, qui audiebat me, & qui vigilat ad fores meas quot se-
die, & obseruat ad postes ostis mei. Qui me inuenierit, inueniet
vitam, & salutem hauriet à Domino. Qui autem in me peccau-
erit, ledet animam suam. Omnes qui me oderunt, disligunt mora-
tim. Hic summatum requirit à nobis, ut se audiamus,
& suam disciplinam: hoc est, se agnoscamus verum
Christum, æternum & sacerdotem & regem, docto-
rem iustitiaz, & filium Dei, ideoque sibi & suis meri-
tis ynicè nitamur, voluntati suæ obtemperemus, &
iuxta suum verbum omnem nostram componamus
sedulo vitam. Nam hic germanus sensus est: in hunc
nimis fine vocat nos filios, filios hand dubiè Dei;
& pollicetur nobis, quòd beati simus futuri, quòd
inuenturi simus vitam, & salutem hauriri à Domino.

At contra, si ipsum & ipsius disciplinam oderi-
mus, comminatur nobis lassionem animæ nostræ &
mortem æternam. Sic vero Ioannes Baptista hæc in-
terpretatur: Qui credit in filium, habet vitam æter-
nam.

IN EVANGEL. CONC. 2.

Inam. Qui vero non credit in filium, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum, Ioan. 3. Agite ergo apprehendamus filium, ne quando irascatur DOMINVS. Audiamus & ipsum & ipsius disciplinam, sic, ut diximus: quò ita denum in ipso inueniamus vitam, & salutem à Domino sempiternam hauriamus.

FERIIS NATIVITATIS MARIAE, IN EVANGELIVM
CONCIO PRIMA.

Liber generationis Iesu Christi filii ~~de~~ ^{de} Abraham, &c. Matth. 1.

Evangelium hoc litera quidem tenus nihil præ ^{Habita est}
se fert magni aut eximij, verum si paulò peni- ^{no 47.}
tiū introspectiatur, tale omnino est, vt non vocetur
solum, sed & re ipsa Euangelium sit, habeatque fru-
ctus in se tum excellentissimos tum consolantissi-
mos. Quò verò iij nobis eluceat, paulisper sum-
mam huius eiusdem Euangelij pro nostri doctrina
expendemus. Vos autem fratres in D OM I N O cha-
rissimi ledulò animaduertite. Summa igitur totius
contextus ad duo præsertim leic extendit: primo
enim testatur Euangelista, illum, quem Iex & Pro-
phetæ, adeoque ab ipso statim mundi exordio pa-
tres promisissent seruatorem, nempe Iesum Chri-
stum, nunc esse natum, hominem factum, & ad ge-
neris humani salutem missum. Deinde mox decla-
rat profapiam, è qua is idem Seruator processit, ni-
mitum epatriarchis, sacerdotibus, regibus, propheta-
tis, principibusque. Sed de priori prius agemus, dein
& de posteriori.

Quām magnificentum Euangelium, gaudium, & vo-
luptas

iupeas ist , natum esse Christum, non potest aliunde
manifestius deprehendi , quam ex consideratione
summa illius misericordie, qua prius laborabat yniuersi-
sum genus mortaliuum. Etsi vero hanc subinde vo-
bis inculcare soleam, tamen & nunc rursum eandem
proponam, quod eius mentio nunquam nimis scep-
tici possit. Audiuitis itaque scepnumeros , nos per
lapsum illum prothoparentu nostrotum obnoxios
fuisse non solum peccato (quod tamen alioqui per
se satis graue est) verum etiam morti tum corporali
tum æternæ, item Sathanæ tyrannidi, maledictioni
legis, & æternæ damnationi . Quid autem hac miser-
ia miserior excogitari potest? Quid hac seruitute
seruilius potest singi? nihil sanè. Et nemo omnium
ab hac nos calamitate, ab his malis liberare pote-
rat: neque certe patriarchæ, neque prophetæ, neque
sacerdotes, neque reges, quantumlibet alioqui san-
cti, pijs, & iusti, immo ne angeli quidem, solus pote-
rat Deus. Hinc nimirum Pater ille coeli terræque in-
dulgentissimus misertus nostri, nolensq; perire ma-
le, quos optimus optimè condiderat, statim post la-
plum promisit, venturum semen mulieris quod con-
tereret serpentis caput: utque certiores redderemur
de hoc ipso semine, sensim apertiūs atque apertiūs
illud descripsit, primo dicens, illud futurum semen
Abrahæ, deinde, nasciturum ex semine Dauid, hinc,
fere Deum ipsum & ipsius filium, dein per Prophe-
tas explicans, quomodo is tandem venturus esset,
quid facturus, dicturus, passurus. Quuni itaque ple-
nitudo temporis appropinquasset, emisit illum fa-
ctum ex muliere, castissima nempe matre virgine, fa-
ctum sub lege & humanæ nostræ infirmitati per
omnia, excepto uno peccato, obnoxium, ut nos à pec-
catq; morte, Sathanæ, maledictione legis, & damna-

tione æterna affereret. Hanc ictum emissionem seruatoris Christi, hunc aduentum nobis Euangelista hic annunciat. Nunc verò considerate, quantam letitiam, voluptatemque ille conciperet, q̄ti vintissimis, flagitosissimiis, & mortis supplicio adiudicatus, in ipso eductionis momento nuncium audiret, seriò dicentem: En homin, tu peccasti, dgnus es morte & quo quis suppliciorum genere. Veruni rex tui misertus est ac remittit tibi noxam omnem, adeoque filium suum vnicum pro tuis sceleribus auferendis tibi mittit. Bone Deus, quām ille exiliret p̄ gaudio, quanta perfunderetur animi tranquillitate? Ad eundem vero modum, quod nuncium nobis hominibus scelerosissimiis, milleque commeritis mortes, adeoque æterno igni adiudicatis contingere potest, quām quōd Iesus Christus vniigenitus Dei patris filius nobis saluandis & liberandis venerit in hunc mundum, sitque factus noster frater? Atqui hoc nuncium nobis Euangelista in præsenti Euangelio nunciat. Est illud igitur omnibus afflictis, conterritisque conscientijs auditu incundissimum simul & consolantissimum. Non ergo pro simplici catalogo aut historia accipi debet. Atq; haec de priori, nempe natuitatis Domini summa utilitate, & letitia dicta sint hactenus.

Cæterū quorsum attineat scire, ex qua prosapia seu quo genere humanam suam naturam sumiserit Dominus, nunc porrò paucis expendemus. Ex prosapiæ igitur cognitione duo præcipua nobis declarantur: summa nimirum ipsius excellentia, & maxima contrà submissio. Excellentia quidem, quōd natus est ex patriarchis, sacerdotibus, propheticis, regibus, principibus: Submissio verb, quōd è pecatoribus etiam prognatus est. De excellentia prius

dicemus. Quod sane ex patriarchis natus est, indicit
um facit, ipsum verissimum, ipsissimumque esse pa-
triarcham, & hoc Esaie 9. etiam habetur: Pater fu-
turi seculi. Quod ex sacerdotibus, innuit, ipsum ve-
rum, sumumque esse sacerdotem, iuxta quod Da-
vid Psalm. 120. dicit: Tu es sacerdos secundum ordi-
nem Melchisedech. Quod ex Prophetis, arguit, ip-
sum ipsissimum esse prophetam, iuxta quod Moses
Deut. 18. dicit: Prophetam suscitabit vobis Deus ve-
ster de fratribus vestris, similem mei, ipsum audieris.
Quod ex regibus & principibus, argumento est, ip-
sum esse regum regem, dominum dominantium, &
principem principum, iuxta illud Esa. 9. Super soli-
um David & super regnum eius sedebit. Et Psalm. 71.
Dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine us-
que ad terminos orbis terrarum. Coram illo proci-
dent Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Et a-
dorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes ser-
uient ei. Item Psalm. 44. Amplifica. Quod autem
natus est ex peccatorum progenie, insigne humilia-
tionis indicium est, indeque adeo certificamur, non
solum ipsum venisse propter peccatores, sed & pec-
catoribus resipiscientibus propitium fore, multomai-
nus eos reieclurum. Atq; hic maxima omnium con-
solatio sese exerit. Et nihil quoque vehementius scri-
ptura inculcat, quam hoc ipsum. Hinc Paulus 1. Ti-
moth. 1. dicit: Fidelis seruio, & omni acceptione di-
gnus, quia venit Iesus in hunc mundum peccatores
saluos facere. Immò Dominus ipse Luc. 19. Venit si-
bus hominis querere & saluu facere, quod perireat,
Amplifica, repeate & hortare.

IN IDEM CONCIO

SECUNDA.

Audim-

Audiimus in Lecture: Solomonica, quemadmodum aeterna Dei sapientia & verbum Domini noster Iesus Christus, ut ab aeterno Deus verus ex Deo vero genitus esset, sic quoque homo verus ex homine vero foret nasciturus, quod ita luderet in orbem terrarum & esset cum filiis hominum. At in Evangelio hoc docemur porro, ex quamam hominum progenie, & matre sit verus homo natus, quo potissimum nomine insignitus sit, & cuius fuerit conditionis. Et si autem verba ipsa Evangelij admodum ieiuna videntur, verum tamen adferunt Evangelium, si modo altius intropisciantur. Nam dum describitur hic prosapia & nativitas aeterni verbi Dei, simul declaratur, appetuisse tempus gratiarum, et sasse antiquam Dei iram, propitium iam hunc factum esse misericordibus, ideoque nemini negandam esse veniam, omnibus paratam esse salutem.

Ceterum scopus praecepsus Evangelistæ est, ostendat, filium illum Mariæ Iesum vere esse promisum Messiam, & verum hominem: non simpliciter propheta, neque hominem celestem aut aereum, phantasticumue. Ob id nimis primum omnium genealogiam altissime repetit, deducitque; hanc ad Dauidem & Abrahamum usq. Na hinc demonstrat, Iesum ex iis majoribus natu esse secundum, et quibus nascendum Messiam sacra praedixerant. Etenim Abraham & Dauidicū primis promisit, vt ex ipso sumi progenie nascetur Christus. Matthæus Dñm Iesum statim initio filium Dauidem & Abraham vocat. Sunt quidem nonnulli, qui gloriosum ducunt, si singulari hic personarū vel benefacta vel malefacta recelere norint: veru nō ob aliud recēset eas (vt diximus) Evangelista, nisi vt probet Iesum esse Christum, dum is ex illorum prosapia natus est, et quoniam Christus

marci debeat. H[oc] igitur cùm primis respicere debemus. Aut si omnino merita singulorum expenderet, hoc discamus inde, propterea Dominum ex i[ust]i[us] etiam maioribus nasci voluisse, vt ostēderet se non iustis solum, sed & peccatoribus (idque cùm primis) saluandis venisse: quemadmodum & Paulus aperte testatur, inquiens: I E S V S Christus venit in hunc mundum, vt peccatores saluos faceret: immo Dominus igit[ur]: Non veni (inquit) propter iustos, sed propter peccatores. Sed h[ec] de maioribus seu progenitoribus Domini haec tenus. Nunc consideremus conclusionem prosopæ seu generationis eius. Vbi Euangelista generationem ipsam ab Abraham usque ad Dauidem, & à Dauidे usq[ue] ad Ioseph perduxit, non dicit ex Ioseph genitum esse Dominum, sed Maria uxore seu sponsa Ioseph. Qua quidem auctoritate ostendit, non illum ex virili semine (vti alij homines solent) conceptum & natum esse, sed ex castissima virgine citra viri operam. Atq[ue] per hoc item probare vult, ipsum verè esse promissum Messianum. Habemus enim apud Elaiam, virginem conceptram, & paritutam Emanuelē: ideoque & Christus Gen. 3. semen mulieris vocatur, non semen viri. Quum igit[ur] Iesus solum mulieris semen fuerit & ex virginie natus, certis est, ipsum vere Messiam esse. Sed oritur h[ab]itatio: Quum Christus non sit natus ex semine Ioseph, quar[um] ergo per ipsius generis catalogum o'ndatur genus Christi? Ad hoc vero ita respondeamus, Hebreis non esse morem genealogias nisi per virorum enumerationem contexere: adh[ec] legem à Deo Israelitistalem datam, vt viri uxorem ducerent de tribu & cognatione sua. Num. 36. Cum itaque Ioseph vir iustus & timens Dei fuerit, haud dubie huic legi motu gesuit, sicq[ue] Mariam ex sua

IN EVANGEL.

ex sua tribu duxit vxore. Quare conuenienter Evangelista Iosephi genus contextuit, ut quod idem tuerit & Mariæ genus, ideoq; & Christi.

Restat iam nomen & vitæ conditio verbi in carna-
ti. Fuit nomen filio Mariæ, Iesus: quod Hebreis Sal-
uatorē sonat. Hoc autem nomen non fortuito aut
humana voluntate ei impositum est, sed diuinitus:
quod nūmīum verē Iesus seu Saluator futurus esset,
quod & fuit. Nam inde & angelus ad Ioseph ait: Vo-
cabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet po-
pulum suum à peccatis ipsorum. Sunt quidem & alij
nonnulli hoc nomine insigniti in sacris literis, velu-
ti Iosua, Iesus filius Iosedech, & Iesus Syrach: verū
in nullum competit verius, quam in filium Mariæ.
Ie enim vere saluat, liberat, & fert opem: non tempo-
raliter modo, sed & æternaliter. Vnde & Petrus: No-
est in alio quoquam salus, neque aliud nomen datu-
inter homines in quo oporteat saluos fieri. Acto. 4.

Porrò quod idem & Christus dicitur, dignitatis &
officij vocabulum est. Christus idem est & dicitur,
quod vñctus. Vncti autem sunt sacerdotes & princi-
pes. Quod ergo Iesus dicitur vñctus, id euincit, ip-
sum & lacerdotem & regem esse. Vere autem sacer-
dos est, isq; æternus: quia semetipsum pro nobis ob-
tulit Deo hostiam viuam in odorem suavitatis, eaq;
vñica in æternum consummauit sanctificatos. Verè
quoq; rex est, isq; itidem æternus: quia est Dominus
omnium, iudex viorū & mortuorū, ad æternū pa-
triæ coelestis via, ianua & introductor. Quum ergo i-
tares habeat, agnoscamus ex animo & perpetuò huc
Mariæ filium pro vero saluatore, sacerdote & rege,
eoq; ipsi & fidamus & adhæreamus & obsequiamur:
quo sic per ipsum saluemur, reconciliemur, & æter-
nū regnemus.

PER. ITH. APOST.
SERIIS D. MATTHAEI APO-
STOLI, IN EPISTOLAM CON-
CIO PRIMA.

¶ fratres: Vnicusque nostrum data est gratia iuxta
mensuram, eyc. Ephe. 4:1.

IN hac Lectione tradit Apostolus methodum donis spiritualibus, quibus credentes sunt prædicti. Et h̄c ea sanè cognitu tum utilis tum etiam cū primis necessaria: & id duobus potissimum uominib⁹. Primo , ad fastum illum , quo natura humana afflit̄im laborat, deprimendum, coercendumq; deinde, ad diuinam munificentiam ac benignitatem agnoscendam. Quare ut fructus huiusmodi & in nobis locum habere possint, methodum ipsam paulisper pronostico & trina contemplabimus atq; expendemus. Vos vero fratres charissimi diligenter animu dictis appellite. Præsens igitur de donis methodus quatuor veluti questionibus constat: prima est, quid sint ipsa dona: secunda , vnde prouenant: tertia, quæ aequalia sint: quarta, in quenam finem contingent. De his iam ordine dicemus, ac de primis principiis.

Quod ad hanc itaq; attinet, docemur hic, dona et se aliud nihil, atque meram gratiam. Sic enim Apostolus inquit: *Vnusquis nostrum data est gratia*. Gratia autem & meritum inter se contraria sunt. Si igitur sunt dona gratia, non sunt merita: si non sunt meritum, non sunt ex operibus. Ergo gratis contingut, extra nostra aut merita aut opera. Si vero gratis, excluditur omnis gloriatio nostra, non est quod de ipsis superbiamus, præq; nobis alios aspernemur.

Quod ad secundum attinet, declaratur hic, dona
daria Christo. Ita enim inquit Paulus: Data est gra-
tia secundum mensuram donacionis Christi. Propter quod dico

IN EPISTOL. CONC. I.

rit. Ascendens in altum captiuani duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Si dona data sunt à Christo, non donata sunt aliunde. Non igitur neq; nobis neq; alijs creaturis accepta ferri debent, sed sibi Christo. Ob id etiam ipsi sugiter laudes, gratiarumq; actiones nuncupandæ veniunt. Ingratissimi enim fuerit hominis, ei non grates persoluere velle, ex quo omnia sua habeat, sine quo nihil possit.

Quod attinet ad tertiam, docemur hic, eximia esse dona, quibus donatis simus. Ad huc namq; modum Apostolus dicit: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, autem Prophetas, alios vero Euagelistas, alios autem pastores & doctores. Hæc dona in specie in quidem videntur vilia, præsertim temporibus hisce postremis, verum si exactius considerantur, sunt omnibus modis insignia, maximaq;. Libet id liquidò perspicere. Quid valent currus & equi citra aurigam? quid oves sive iuuenculæ citra pastorem? quorsum cōducit thesaurus, si non adsit qui eum ostendat, eruatq; nihil prorsus. Ita nimis omnia dona quantumvis speciosa inutilia sunt, si non adsint Apostoli, Prophetæ, Euangeliæ, Pastores & doctores, qui populum doceant, quo pasto ijs uti piè debeant. Immo quanto præstat animus corpore, tanto hi omnibus alijs donis. AMPLIF. Quare ut huiusmodi dona eximia sunt, sic à nobis etiam p̄r alijs omnibus maximo in pretio haberi debent. Nam ab his docemur veram fidem, docemur spem, charitatem, misericordiam, humilitatem, veram sapientiam, veram eloquentiam, &c.

Quod ad quartam ac ultimam attinet, instruimur hic, dona ad utilitatem & edificationem proximi esse data. Nam sic inquit Paulus: Dedit hoc sanctorum, in opus ministerii, in edificatione

corporis Christi. Vide, non propterea donis or-
natati sumus, ut nos alterutrum contemnamus, ut in-
uicem inuidemus, ut inde cristas erigamus. sed ut
h[oc] seruiamus proximis, ut iuuenimus inopes, console-
mur desolatos, doceamus indoctos, reuocemus er-
rantes, erigamus pusillanimes: in summa, ut regnum
Christi ihs dilatemus pro virili.

Anplif. repeate & hortare.

IN EAND EM CONCIO
SEC V N D A.

47. IN Epistola hac de spiritualib' donis habemus. Sci-
lendu[m] autem est, dona esse bifaria. Sunt enim quæ-
dam priuata, quædam publica. Priuata sunt, quæ pri-
uati (hoc est, nullam publicam functionem haben-
tes) priuatim (hoc est, citra villam muneris publici
inunctionem seu impositionem) acceperunt ac ha-
bent: veluti, dona fidei & charitatis, item sermonis,
sapientiæ & scientiæ, itemq; cognitionis variarum
linguarum, & interpretationis earundem, atq; id
genus alia, etiam ijs contingunt qui nihil habent pu-
blici muneris, nec vrgent quenquam ad publicam
functionem obeundam. Cæterum publica sunt, quæ
dantur ac contingunt publicè, hoc est, ad publicam
functionem pertinent, & donatum ad administran-
dam functionem illam cogunt: veluti, dona publi-
cæ præsidentiæ & gubernationis. H[oc] autem dona
publica rursus bifaria sunt. Sunt enim quædam po-
litica seu ciuilia, & quædam ecclesiastica. Politica
quidem, vt principatus, consulatus, prætoriatus, tri-
umviratus: Ecclesiastica vero, vt Apostolatus, fun-
&io prophetica, Euangelicismus, pastoratus & docto-
ratus. De priuatis agit Apostolus noster 1. Corint. 12.
de publicis autem politici Rom. 12. & 13. de publis-

IN EPISTOL. CO.

cis vero ecclesiasticis agit in hodierna præsentim. Epistola. Circa hæc autem, tria nobis potissimum proponit: primum est, vnde & qua mensura dona ecclesiastica contingent: secundum est, quæ ipsa dona non minatum sint: tertium est, in quem finem seu propter quam causam contingent. Hæc tria iam ordine declarabimus. Vos vero animum appellite.

Principio sane, vnde & qua mensura contingant dona, id his verbis Paulus docet: *Vniuersique nostrum (inquietus) data est gratia iuxta mensuram donationis Christi.* Quapropter dicit: *Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, et dedit dona hominibus,* &c. Hic docemur, functiones Ecclesiasticas esse gratias seu dona Christi, iuxta suum ipsius arbitrium data. Si autem sunt gratiae, gratis contigerunt: at si gratis, debent & gratia dispendi: Iuxta Domini dictum Matth. 11. *Gratis accepisti, gratis date.* Dispensare vero gratis, non sic intelligendum erit, quasi non sit prospiciendum ministris populi de vita necessarijs, sed quod ipsi nullius luci: aut quæstus gratia ministrare debeant. Porro si munia illa ecclesiastica data sunt iuxta Christi arbitrium, nemo propter illa (si habeat) superbiter debet, nec quisquam (si non habeat) ea habentibus innidebit. Nam quis gloriatur de alienis? quis Christo manum occludat? Adhæc, si Christus munium ecclesiasticorum auctor est, debent & ipsa munia & ministri etiam in summo honore haberi, non autem contemni & derideri, ut hodie à plerisque sit.

Iam, quænam ipsa dona seu officia sint, id his verbis dilucidat Apostolus: *Et idem (inquietus) dedidit, alias quidem Apostolos, alias vero Prophetas, alias autem Evangelistas, alias autem Pastores et doctores.* Hic audimus, Apostolatum, Prophetiam, Euangelistarum, Pastoratu, & Doctoratum esse dona illa publica ecclesiastica, quæ Christ-

Christus dedit. Apostoli sunt, qui à Christo in uniuersum mundum Euangelij prædicandi gratia ablegantur. Hoc vero nomen proprie duodecim illis tó uenit. Prophetæ sunt, qui futura vel bona vel mala prælagiunt ac uaticinantur, quales fuit Agabus; & quatuor filii Philippi diacni, quales & hodie nonnulli reperiuntur. Euangelistæ sunt, qui euangeliæam doctrinam, scriptis complectuntur: quales quatuor illi: Pastores & doctores sunt, qui Christi populum viua voce ac doctrina iana palcent: quales fuerunt Timotheus, Titus Dionysius, Clemens &c. quales etiam omnes Episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, esse debebant.

Porrò autem, in quem finem seu propter quam causam hæc munia data sint, id Paulus explicat his verbis. Ad instaurationem (inquietus) sanctorum, in opus admixtationis, in edificationem corporis Christi, donec permaneant omnes in unitatem fides & agnitionis filii Dei, in virtutem perfectum, in mensuram etatis plene adiuta Christi. Hic docemur, Christum illa munera constituisse, non iux gratia, sed propter instaurationem sanctorum & sui corporis, Ecclesia nimirum. Propter nos inquam, propter nostri instaurationem & edificationem dedit Apostolos, Prophetas, Euangeliastas, Pastores & Doctores. Omnis nostra salus in unica illa fide, hoc est, agnitione filij Dei, & in viro perfecto, hoc est, charitate Dei & proximi sita est. At fides & fidei primogenita proles charitas ex auditu proficiscuntur. Auditus autem, verbum habeat necesse est. Verbum vero audiui non potest, nisi adsit prædicans. Dedit igitur & dat Dominus ministros ecclesiasticos, ut ex ipsis iussu illorum audiamus verbum, utque ex auditu concipiamus fidem ac charitatem, & sic fide saluerit. Vnde multo magis & Ecclesiæ munia & ipsos Ecclesiæ-

Ecclesiastas suspicere, venerari, & obseruare debemus
Amplif. rep. hort.

IN EANDEM CONCIO TERTIA.

Principium, quod in Epistola hodierna nobis proponitur, de Ecclesiæ ministerio est. Docemur enim hic primo, à quo ministri Ecclesiæ instituti sint: secundò discimus, quotifarij iij existant: tertio declaratur, in quem iijdem sint instituti finem. Quid vero causæ sit, quur hæc materia tam signanter in hisce fere ijs proponatur, facilè cuius perspicuum esse potest: nimirum, quod & D. Matthæus Ecclesiæ ministerium egerit, & Apostolus (inquam) & Evangelista fuerit. At qui præter hoc ipsa quoq; necessitas & Reipublicæ Christianæ utilitas exigit, ut de huiusmodi Ecclesiastica hierarchia seu ministerio Ecclesiæ publico aliquando apud populum concio habeatur. idq; in finem hunc, ut & populus illud discat magnificere, & ministri interim sui officij probè admoneantur. Expendamus igitur omnes & sacerdotes & populus, quid tria illa Lectionis præsentis capita contineant, quid doceant.

Primo quidem, quod primum attinet, à quo scilicet publicum Ecclesiæ ministerium sit institutum: dicit Paulus, ipsum Dominum Iesum eius institutorem & auctorem esse. ita enim inquit: Vnicuique nostrum (de se & alijs Ecclesiæ ministris loquitur) data est gratia iuxta mensuram donationis Christi. Et paulo post adhuc clarius. Et idem dedit, alios quidem Apostoles, alios prophetas, alios autem Evangelistas, alios autem pastores & doctores. Hic igitur erroris conuincuntur, qui dicunt Ordinem, Ministeriumque Ecclesiasticum esse inuentum humanum. Conuincuntur quoq; erroris & illi

& illi, qui omnes promiscue ministerij huius publici capaces esse & suggestum concendere volunt. Nec hi minus erroris redarguantur, qui inuocatos sese in Ecclesiæ administrationem ingerut. Ita & illi peccat, qui nunisterium Ecclesiasticum atq; ipsos ministros vilipendunt. Nam si Christus institutor est, non est inuentum humanum. Si is quosdam instituit pecuniares, non omnes promiscue sibi id usurpare debet. Si idem dat Ecclesiæ ministros, nemo ab eo non datum, hoc est, inuocatus sese debet ingerere. Si denique ille huius ministerij est auctor, nemo illud contemnere, sed oēs honorare & magnificare illud debent.

Iam quod spectat ad secundum, quotifarij scilicet Ecclesiæ ministri sint audiuimus exertè ex Pauli verbis, alios apostolos, alias prophetas, alios euangelistas, alios Pastores & Doctores à Christo institutos ac datos esse: Vnde sanè clarè colligere est, vacuos esse ministrorum Ecclesiæ gradus, non omnes esse æquales. Errant itaque, qui omnes parem habere potestatem & dignitatem dicunt. Hæc autem ministrorum diuersitas ac distinctio pacis & vnitatis ergo à Christo instituta est. Nam alioqui, si omnes æquè sacerdotes & dignitate & potestate pares essent, tot essent in Ecclesia futuræ sententiaz, quot capita: nemo alteri cederet, nemo alteri obtemperaret. Sed vñ illis, qui dignitate sua & potestate abutuntur, vel per superbiam, vel per quæstum. Certe in hunc finem non præstat Dominus alios alijs. Quemadmodum vero digniores inferioribus sese anteferre minime debent, sic quoque nec inferiores superioribus debent inuidere. Cui multum commissum est, ab eo & multum exigetur: contrà cui datū est parum, & is de modico dabit rationem.

Ceterum quod tertium concernit, in quem vide-
licet

Icet finem instituerit Christus omnes Ecclesiaz ministros, sic Apostolus inquit: Ad instaurationem sanctorum, in opus administrationis, in edificationem corporis Christi, donec perueniamus omnes in unitatem fides, et agnitionis filiorum Dei, in virtutem perficimus, in mensuram etatis plenae aetatis Christi. Vide, tot & tam diuersos ministros non ob aliud Ecclesiaz dedit Christus, quam ad Ecclesiaz & populi Christiani utilitatem: ut nimirum omnes omnium salutem prouehant, aliij gubernando, aliij concionando, aliij scribendo, aliij orando, aliij legendō, aliij canendo, aliij visitando infirmos, aliij cibando pauperes, aliij administrando sacramenta, aliij expellendis demonibus, quo sic omnes & in fide & in vita proficiamus, tandemq; lati occurramus Christo. Hic igitur unusquisque ministrorum sui munera admoneri debet, siue sit Papa, siue Cardinalis, siue Episcopus, siue pastor, siue sacerdos, ne solo & nudo titulo turget, sed respondeat & titulo & professioni. Hic ipsis quoque Christiani subditi ac laici admoneri debent, ut ministros & pastores sibi a Christo datos venerentur, audiant, sequantur, ne frustra ipsis sine missi.

FERIIS D. MATTHAEI APO-
STOLI, IN EVANGELIVM CON-
CIO PRIMA.

Prateriens Iesus, vidit hominem, apie. Matth. IX.

In huius Euangelij explicatione de vocatione no. **Habitu**
Inihil dicemus per Domini gratiam. Obseruabi-
mus autem, quemadmodum (vt audiuimus) dona
spiritualia multifaria sunt, sic & vocationes variè
accipi & usurpari in scripturis. Accipitur enim gene-
raliter, accipitur & specialiter. Generaliter accepta,
dupliciter usurpatur: & scilicet pro fundatione alio

qua & pro publica prædicatione. Iuxta priorem si-
gnificationem dicit Paulus, 1. Corinth. 7. In qua vo-
catione quis vocatus est, in ea permaneat. Iuxta au-
tem significationem posteriorem Dominus Matth. 22.
inquit: Multi sunt vocati, at pauci electi. Cæterum
specialiter accepta vocatio, significat veram con-
versionem, ad quam homo externè vocatur per ver-
bum, & interne trahitur per diuinam gratiam. In
hoc signatu dicit Paulus Rom. 8. Quos Deus præ-
sciuit, eos & prædestinavit: & quos prædestinavit,
hos etiam vocavit. Et 1. Timoth. 1. Deus saluos fe-
cit nos, & vocavit vocatione sancta. Iuxta hanc ip-
sam significationem & nos in præsentia de vocatio-
ne agemus. Dicimus vero primum de vocante, dein
de de vocatis.

Quod igitur vocantem personam attinet, duo no-
bis consideranda sunt: alterum est, quis potissimum
ac peculiariter vocet: alterum autem est, qua mouen-
te caussa is vocet quoscunque vocat. Vtrunque vero
ex Euangelio præsenti certiere licebit. Sic autem ver-
ba eius habent. *Præteriens videt hominem desidentem*
ad telonum, Mattheum nomine, dixit ei: Sequere me. Hic
audimus Iuculenter, Iesum esse personam vocatem,
& vocare hunc (quoscunq; vocat) ex mera & gratui-
ta misericordia. Ipse unus vocat, hoc est, conuertit &
saluat. quia Pater ora dedit ei in manus, ita, ut quos
velit, iudicet: quos velit, viuificet. *Ioan. 13.5.* Nec est
in alio quopiam quam in hoc salutis. Nam haud ali-
ud nomen datum est sub coelo hominibus, in quo
oporteat nos saluos fieri. Acto. 4. & nemo potest ve-
nire ad patrem, nisi per ipsum. Est enim via, veritas &
vita. *Ioan. 14.* Causa autem, cur vocet quoscunque
vocat, non est vocantium iustitia & meritum, sed
ipsius gratuita bonitas & misericordia. Si ex meri-

tis vellet vocare, neminem certe vñquam vocaret; neminem hodie etiam vocaret. Non vocaret Petrum, quia homo peccator erat: non Mariam Magdalenam, quia erat peccatrix: non Matthēum & Zacchaeum, quia publicani, hoc est, homines iniusti & violentiae rapacitatis erant: non Latronem, quia facti guineum innocuum fuderat & despoliauerat homines: non Paulum, quia erat blasphemus & persecutor Ecclesie Dei: immo nec ex nobis vocaret quemquam, nam omnes ex natura filii sumus ira & omnibus peccatis adobruti. Audiamus quid Paulus dicit. 2. Timoth. 1. Deus (inquit) saluos nos fecit, & vocavit vocatione sancta: non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam, quae data quidem est nobis per Christum Iesum ante tempora æterna, sed palam facta est nunc per apparitionem seruatoris nostri Iesu Christi. Sed quorūm cōducit, ut sciamus, Iesum solum vocare, & vocare ex mera gratia. Horum neimpe, ne quid salutis tribuamus vili creaturæ & meritis nostris, sed omnem salutem & iustitiam nostram tribuamus vni Christo, cum Paulo dicentes: Gratia Dei id sum, quod sum. 1 Cor. 15.

Iam verò, quod attinet ipsos vocatos, duo rursus expendēda nobis sunt: prius est, quos nam vocet Dominus: posterius autem est, in quem finem vocatos vocet, & quomodo ipsi se habeant. Vtunque auctor ex Evangelio haud obscurè colligi potest. Sic verò habent verba: Arque Matthæus surgens, fecit nos Iesum. factum est, ut Iesus accumberet in illius adibut. Et ecce multa publicani & peccatores, qui venerant, simul accepserunt eum Iesu & discipulos illius. Audiuitus, nec Matthæum nec vilium vñquam hominem vocatum esse propter sua merita, sed propter merita C H R I S T I gratiam:

Hoc n*on* iam verum est, vt est profecto verissimum, cō-
sequitur prorsus, elegisse Dominum illos quos vo-
carit & vocet. Ergo certum est, solos electos & p̄z-
destinatos vocari. Id autem verum esse, Apostolus
aperte testatur Rom. 8. Scimus (inquit) quod dili-
gentibus Deum omnia cooperentur in bonum, ni-
mirum his, qui iuxta propolitum vocati sunt. Quo-
niam quos p̄scuerat, eosdem & p̄ficerat, con-
formes imaginis filij sui, vt ipse sit primogenitus
inter multos fratres. Porro quos p̄dissinuit, eos-
dem & vocauit: & quos vocavit, eos & iustificat. Et
Rom. 11. Electio consecuta est, ceteri vero excē-
ti sunt. Quur verò Dominus non omnes elegit &
vocauerit, non est nostrum inuestigari. Ipsius iudi-
cia imperscrutabilia sunt, & inuestigabiles viae eius,
Rom. 11. Hoc tantum pro certo sciamus, Quoscun-
que non elegit, eos ipsum non elegisse ex ipsorum
culpa: quo sunque autem elegit, hos elegisse &
vocasse ex mera gratia & misericordia. Non vtrā pro-
gredilicet. Porro finis, in quem electos vocavit &
iustificavit Dominus, est, vt se sequantur, hoc est,
sancte & immaculatè viuat. Audiamus & de hoc Pau-
lum. Is Ephes. 1. sic inquit: Deus elegit nos in Chri-
sto antequam iacerentur fundamenta mundi, vt es-
semus sancti & irreprehensibiles coram illo per cha-
ritatem. Et Ephes. 2. Dei sumus creatura, creati in
Christo Iesu in operibus bonis, quæ p̄parauit De-
us vt in illis ambulemus. Et Tit. 2. Illuxit gratia
Dei salutis eterna omnibus hominibus, erudiens nos, vt
abnegata impietate & mundanis concupiscentijs, so-
brie & iuste & pie viuamus in p̄senti seculo. Et
profecto electi & vocati huic fini omnibus modis
seruiunt ac respondent: vt vel hic in Matthæo vide-
tur esti simulatq; vocatus esset, statim secutus est Ie-

sum, hoc est, ad huius sanctissimam voluntatem se-
se composuit, atque ipsum intimo amore comple-
xus est, teste conuiuio. Excepit ipsum in tades suas,
sed multò magis in pectus suum. Quin & regnum ip-
sius statim admodum ardenter quæsiuit. Hinc nimi-
tum multos publicanos & peccatores inuitauerat,
vt ex ipsis vel aliquos Domino adiungeret. Summa
igitur esto: Quod electi & vocati sumus, solius Iesu
Christi & gratiae ipsius donum est, non nostrorum
meritorum. Si vero vere electi & vocati esse videri
volumus, omnium electorum & vocatorum exem-
pli Dominum sequamur, ipsius regnum & nominis sanctificatio-
nem omnibus modis illustremus.

IN IDEM CONCIO

SECUND A.

IN hoc Euangelio habemus & de vocatione & de
conuersione D. Matthæi, cuius hodiè anniversariam agimus memoriam. De vtraque autem nonni-
hil dicemus ad nostri admonitionem. Principiò qui-
dem, vocationem quod attinet: audimus, tum vo-
cum esse à Domino Matthæum, quum adhuc ad te-
lonium desideret. Telones & publicani semper pes-
simè audierunt, idque propter avaritiam & iniustiti-
am, quibus obnoxij erant omnes. Et sane sunt talia
omnino vitia hæc, vt Paulus aperte dicat, hisce ob-
noxios non possessuros regnum Dei. 1. Corinth. 6.
Videmus igitur hinc, quo in statu fuerit Matthæus,
non antè solum, sed & in ipsa vocatione: nimirū in
huiusmodi statu, vt & omnibus hominibus exodus
esset, & coram Deo esset filius gehennæ. Quia verò in
huiusmodi statu fuit, videmus itidem, non prome-
tuisse illum vocationem sui, sed ex mera, gratuita-

156

FER. D. MATTH. APOST.
que gratia à Christo esse vocatum: iuxta illud Pau-
l. Non volentis est neque currentis, sed misericordia
Dei. Rom. 9. Iam vero ex uno, eodemq; fonte omni-
um vocatio proficiuntur: consequitur ergo, quemad-
modum Matthæus ex gratia meta vocatus est, ita &
pos omnes ex gratia vocatos esse ac vocari, non ex
operibus aut meritis præcedentibus. Ne quis autem
in hoc dubitet, audiamus Paulum: is sic Ephe. 2. in-
quit: Gratia estis servati per fidem, idque non ex vo-
bis: Dei donum est, non ex operibus, ne quis glorie-
tur. Et Tit. 3. Non ex operibus iustitiae quæ fecimus
nos, sed secundum suam misericordiam nos saluos
Deus fecit. Hinc & Augustinus p̄i: Misericordissi-
mus Dominus (inquit) inuenit omnes, quos conden-
naret, at non inuenit, quos saluaret. Nihil igitur h̄ic
aliquid cum Matthæo & vocatis omnibus facere pos-
sumus, quam ut consideremus in nobis iugiter Dei
bonitatem, laudemusque illum super misericordia.
Rom. 11. & 15. dicentes cum Davido: Misericordia & mi-
sericors Dominus non secundum peccata nostra se-
cit nobis, neque secundum iniquitates nostras retri-
buit nobis. Quoniam secundum altitudinem cœli à
terra, corroborauit misericordiam suam super ti-
mientes se. Quantum distat ortus ab occidente, lon-
gè fecit à nobis iniquitates nostras. Quomodo miser-
etur pater filiorum, nūi certus est Dominus timenti-
bus se, Psal. 103. Sed hæc de vocatione & Matthæi &
nostrorum omnium hactenus.

Caterium quod ad ipsam Matthæi conuersionem
spectat. audiuius, simulatque is à Donuno iussus es-
set sequi se, statim surrexisse ipsum, sequutumque
illum esse. Hic videmus insigne obedientiæ exem-
plum. videmus item, quid & quantum possit libe-
rum arbitrii in iustificationis negotio. Sunt qui-

dem, qui liberum arbitrium à iustificatione profus excludant: verum male certè ij faciunt. Nam et si illud in secundo & quarto iustificationis gradu, hoc est, in præventione gratiæ Dei seu vocatione, & in perseverantia iustitia ac vita æternæ corona, nihil potest: potest tamen aliquid in primo & tertio, hoc est, ne præuenienti gratiæ Dei oblustemur, sed ut assentiamur & ac quiescamus vocanti Deo: utque iam iustificati, per liberum arbitrium iam sanatum Deo in nobis operanti cooperemur. Sic nimirum & Mattheus vocanti Christo acquieuit, ac oblatam gratiam acceptauit, quam tamen potuisse rejicere, quemadmodum cœci Iudei & aliij. Quicquid autem hic in primo & tertio iustificationis gradu libero arbitrio tribuimus, id non nudo tribuimus arbitrio, sed per præuenientem gratiam sanato & Dei gratiæ cooperanti. Quoties igitur & nos vocamur a Domino per salutares inspirationes & cogitationes, inuitemur sedulò Matthæum, ac quiescamusque vocanti ac oblatam gratiam amplectamur: ideoque surgamus etiam ipsis à telonio, hoc est, impia pristina vita, & sequamur Dñm in vita pietate per cooperantem ipsius gratiam, adeoque in ædes nostras dum recipiamus: sed & alios publicanos, peccatoresque inuitemus simul, hoc est, quemadmodum ipsis conuersi sumus, sic & alijs conuersionis, salutisque sumus adiutores, ut ita regnum Dei quām latissime propagetur. Murmurent tum Pharisæi, immo condennent omnes dæmones; nihil tamen nobis oberunt. Christus enim qui propter peccatores venit, interponit se, obturabitque illorum ora, nosque defenset.

IN IDEM CONCIO
TERTIA.

IN hoc Euangeliō, inter cetera, insigne habemus de iustificatione paradigmā. Proponitūr inquam in eo nobis, per quem iustificetur homīo, quare iustificetur, quis sit effectus iustificationis, quidne iustificat̄ os deceat. Quia vero cardo omnis salutis nostre in his versatur, expendemus paulisper singula: vos int̄erim & auribus & animis adeste.

Matthæus noster per eum, qui se vocauit, nempe Iesum Christum, iustificatus est. Per hunc itaque vnum & nos iustificamur, si quidem iustificamur. Nā huic Pater omne iudicium dedit. Ioan. 5. Hic est unus mediator Dei & hominum. 1. Timoth. 2. Non est in alio quopiam salus. Acto. 4. In hoc complacuit Patri vniuersali plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare cuncta erga se. Coloss. 1. Ob id nimirum & Paulus in Epistola Dominicæ præcedentis adeò vrsit benedictionem in solo semine Abrahæ, qui est C H R I S T V S, promissam, Galat. 3. Et dicamus igitur & credamus cum Petro, non esse aliud, non men datum sub eccl̄o hominibus, in quo oporteat nos saluari, quam in nomine Domini nostri Iesu Christi. Acto. 4.

Sed consideremus nunc caussam, cur iustificatus sit Matthæus. Fuit is telonarius & publicanus, hoc est, homīo plane imustus. Nā tales fuere telonarij & publicani. Quemadmodum iij & hodierna die male apud nos audiunt. Non igitur ob merita & iusticias ille à Dño vocatus ac iustificatus est: immo si operū & meritorum habita fuisse ratio, damnatus fuisse, nō saluatus. Ex sola itaq; gratuita Dei misericordia & gratia iustificatus est. Hæc ergo & nostræ iustifica-

ficationis causa est sola. Si nostra merita & opera ad diuinæ iustitiae trutinam exigerentur, auctum esset dominus omnibus, esse nos filii gehennæ. Hinc nempe verè Paulus dicit, Roman. 3. Non est distinctio. Omnes peccauerunt, ac egerint gloria Dei. Iustificantur autem gratis per illius gratiam, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus reconciliatorem, &c. Soli ergo Dei gratiæ per Iesum Christum iustificationem nostri acceptam feramus.

Cæterum Matthæus vocatus & iustificatus, statim surgens sequutus est Dominum, eique magnum compunctionum domi suæ paravit. Is fuit iustificationis eius effectus. Hinc claruit, ipsum vere iustificatum esse. Huiusmodi igitur effectus, & in nobis existere ac prærumpere oportet, si quidem vere iustificati videri velimus. Iustificatio non solum peccatorum est remissio, & imputatio iustitiae, sed & donatio iustitiae, innovatio mentis, nouorum motuum esse. Qui ergo iustificati vere sunt, sentiunt huiusmodi mentis innovationem, iusta que porrò & de Deo beneplacita operantur. Qui vero nondum habent mentem innovatam, nondum experiuntur novos motus, nondum bonis operibus student, ijs sanè nondum sunt iustificati. Sequitur igitur Matthæum, sequamur & D. Petri consilium. Per bona inquam opera electionem & vocationem nostram certam faciamus. 2. Pet. 1. Sequitur Dominum & doctrinam & vitam & mortem. Paremus illi per fidem & charitatem coniunctum in cordibus nostris. Sitiamus adhuc Domini exemplo & aliorum salutem, sumus misericordes & lenes erga peccatores, cogitantes & nos ipsos peccatores esse. Sic nempe magis ac magis iustificabimur, & excipiemur tandem a Domino quoque coniunctio coelesti.

FERIIS D. MICHAELIS,
IN EPISTOLAM CON-
CIO PRIMA.

Significavit Dens quod oporteat fieri citè, &c.

Apocalyp. 1.

tabita ab 47. **P**recipuum, quod in hac Lectione obseruatu nobis utile & necessarium est, de sermone est Dei & testimonio Iesu Christi, hoc est, de Euangelio. Est enim Euangelium vere Dei sermo & Iesu Christi testimonium, quum verum ac diuinum sit nuncium, deque salute per Iesum Christum parta testificetur. Duo autem sunt, quæ de Euangeliō hic proponuntur nobis: alterum est, ad quid conduceat Euangelium: alterum autem est, quid Euangelium compleatur. De vtroque paucis dicemus, sed & vos sedulò de vtroque audite.

Principio quidem, ad quid Euangelium conduceat, Ioannes his declarat verbis: *Beatus, qui legit & audiit verba prophetie, & seruat ea, quæ in ea scripta sunt. Tempus enim propè est.* Hic audimus, lectionem, auditionē, & obseruationem Euangeliū adferre beatitudinem, hoc est, salutem & vitam æternam. Vocatur autem Prophetia Euangelium, quid illud sit declaratio & consummatio omnium prophetiarum, dum præsentia exhibet, quicquid omnes prophetæ futuri prædixerunt. Sed num re vera Euangelium tantam habet utilitatem? num verè adsert beatitudinem? Si non, sumus credere vni testi, Ioanni nempe: audiamus testimoniū alterum, nimirum Paulum, vt in ore duorum aut trium testimoniū cōsūltat verbum omne. Is Rom. i. Sic inquit: *Non pudet me Euangeliū, est enim Dei potestia ad virtutem (salutem inquam) omni credenti.* Et Corinth. i. Sermo crucis, iij quidem qui pertinet,

IN EPISTOLIS CORINTHIENSIBUS.
eunt, stultitia est: at nobis, qui salutem cōsequimur,
potentia Dei est. Et 1. Cor. 15. Notum vobis facio fra-
tres Euangelium, quod euangelizauit vobis, quod &
aceperistis, in quo & statis, per quod & salutem conse-
quimini. Vide, idem quod dicit Ioannes, dicit & Pau-
lus: & dicit ter, ne puteinus illum lapsum alicubi.
Quām igitur cordi nobis est salus & æterna vita, tam
commendatum nobis habeamus Euangelium. Lega-
mus & audiamus, & audiamus sedulò illud: sed & idē
obseruemus, hoc est, credamus illi ex animo, vitam
quę illo dignam agamus, idque non eras, non peren-
die, non ultra mensē aut annum: sed statim, citè,
circa moram. Nam tempus propè est, adest iam op-
portunitas, pœnitentia sera erit, si differamus.

Cæterū, quid Euangelium complectatur, his
verbis explicat Ioannes: *Gratia* (inquietus) *vobis & pa-
ce ab eo qui est, & qui eras, & qui venturus es, & à septem
sibus qui in conspectu throns eius sunt, & à Iesu Christo, qui est
se: tis fidelis, primogenitus more mortuum, & princeps regum ter-
re, nos dilexit nos, & lanxit nos à peccatis nostris per sanguinem
nem, nos reges & sacerdotes Deo & p-
sigloria & imperium in secula seculorum. Hic audimus, Eu-
angelium complecti l̄atum nuncium renunciatio-
nem, quod Deus pater, cooperante Spiritu sancto,
per Iesum Christum filium suum, nos damnatos
peccatores & inimicos donauerit æterna & gratia
& pace: quod inquam is idem I E S U S C H R I S T U S,
princeps regum terre, nos dilekerit & lauerit a pec-
catis nostris, feceritque reges & sacerdotes, idque
per mortem & sanguinem suum pretiosissimum,
gratuito, ex mera gratia. Hinc verò colligere faci-
le possumus, & Euangelion vere Euangelion dicti,
& vere illud adserre beatitudinem, salutem ac vitam
æternam. Nil profecto homini captivo & mor-
tem inq-*

FER. D. MICHAELIS

em merito lætius obtingere potest, quam audire, se
& captiuitate & morte commerita iri liberatum, id-
que gratuitu, ex mera magistratus liberalitate. At
quanto lætius est, audire insuper, se sic per filiu pri-
cipis reconciliatum esse, vt iam in filium sit adopta-
tus principis, iminò factus rex & summus sacerdos?
Sed nullies lætius nunciuni est, audire, se à captiu-
itate diaboli & morte æterna esse liberatum, factum-
que filium Dei, sempiternum regem & sacerdotem.
Quando itaque huusmodi nunciuni Euangelium
sit, merito est Euangelium, iminò & vere beatitudi-
nem secum adferat amplectentibus: nihil enim bea-
tius est, quam à Sathanā & æterna morte liberatum
esse, & esse filium hæredemque Dei, regem item & sa-
cerdotem. Quis aut plura aut maiora optaret? Quum
itaque ex Euangelio nobis constet, ad quantam eue-
ntiam felicitatem: quumque illud æternam bea-
titudinem certo adferat, admonebimus hic, vt Pa-
trem Deum tam nostri amantem sedulò redamemus
ac veneremur, Spiritui sancto nostræ salutis & coo-
peratori & ob signaculo corpus ac animam tem-
plum viuum præbeamus, Iesu Christo filio Dei no-
stro iustificatori constanter & fidamus & adhærea-
mus: loti, inquam à peccatis, puritati & innocentie vi-
ta studeamus: facti reges, recte nosmetipſos ad Dei
voluntatem gubernemus: facti sacerdotes, carnem
nostram & concupiscentias occidamus, nosq; Deo
offeramus viuentes hostias.

IN EANDEM CONCIO
SECUNDA.

Anno 150. **C**AUSSA, quur Lectio hæc Apocalypsius ad hodier
nam sanctorum angelorū festiuitatem accom-
modata sit, inde est, quod angeli in ea fiat mentio.
Habet

Habet enim Deum misisse mandatum per angelum suum seruo suo Ioāni: vnde nos facile colligere possumus, quodnam sit angelorum officium, ad quid etiam proficit, nimirum quod sint (teste Paulo) administratōrē spiritus, in salutem saluandorum missi. Cæterū quod ipsum Lectoris argumentum attinet, Euangelium in ea nobis commendatur: idque primō ab auctoritate, secundō ab utilitate, tertio ac postremo à contentis.

Primo dicit Ioannes, mandatum à Deo ad se per angelum esse misseum, nempe sermonem Dei & testimonium Iesu Christi. His verbis subaperit Euangelicam doctrinam nō esse humanum commentum, sed doctrinam diuinam, ab ipso Deo progressam: huiusmodi inquam doctrinam, in qua nihil sit nisi merus sermo Dei & veritas, in qua testimonium fertur Iesu Christo. Sic vero & Paulus in Galatis Euangelij auctoritatē, veritatemq; probat, dum sic inquit: Notum facio vobis fratres, Euangelium quod prædicatum est à me, non esse secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem IESV CHRISTI. Galat. 1. Docemur igitur hic, summae esse auctoritatis doctrinam Euangelicam, ideoque summo à nobis loco habenda.

Sed audiamus iani de fructu, utilitateque Euangeli. Ioannes beatum illum pronunciat, qui legit & audit illud, atque scripta in eo seruat: hoc est, credit doctrinæ Euangelice, & iuxta hanc sedulò componit vitam. Sic vero & Paulus Euangelium ab utilitate commendat, Rom. 1. Nō me puder (inquietus) Euangelij, potentia siquide Dei est, in salutē omni credenti. Non solum itaq; auctoritas, sed & excellentissima utilitas nobis doctrinam Euangelicam commēdat.

Perrō

Porro quod tenorem seu contenta Euangelij contingit, docemur ex Ioannis verbis, continere Euangelium nuncium seu prædicationem gratiæ, & pacis à Deo patre, septemplici eius spiritu, & IESV Christo. Quia vero IESV SChristus gratiam & pacem nobis hanc suo merito à Patre impetravit, perque Spiritum sanctum applicauit principaliter: idcirco iphius persona & conditio, cauillaque & modus & fructus impetratæ gratiæ ac pacis admodum exerte à Ioanne explicatur. Dicit igitur, IESV M esse testem fidelem, primogenitum mortuorum, & principem regum terræ: quibus quidem verbis innuit, esse illum & verum hominem & verum Deum & verum Christum, & Dei viuentis filium. Deinde dicit, dilexisse illum nos: quibus nempe verbis innuit, non nostra merita promeruisse impetratam illam gratiam & pacem, sed contigisse hanc nobis gratuito, ex merito Christi erga nos amore. Tertio dicit, lausse illum nos sanguine suo à peccatis nostris: quibus nimis verbis innuit, quod Christus morte sua saluauerit nos, ideoque impensisimè nos dilexerit. Quarto vero dicit, fecisse illum nos reges, & sacerdotes Deo Patri suo: quibus sane verbis innuit, nos per Christum ad summum effectos esse honorem, & liberos & sanctos, & dominos & Dei similes factos: innuit quoque simul, decere nos, vt dominemur prauis nostris affectibus, vtique corpora nostra offeramus Deo hostiam viuentein. Quum igitur salus gratuito nobis à Deo per Christum contingit, merito etiam ipsi (vna cum Ioanne, oinnecta gloriari tribuimus. Quia quoque reges & sacerdotes facti sumus, merito & carnem subiunctionis spiritui, & Deo offerimus spirituales hostias.

IN EANDEM CONCIO

TERTIA.

Non aliam ob causam prælegitur nobis hodie Lectio hæc Apocalypsicæ, quam quod angelus in eo mentio fiat, per quem videlicet Deus mandatum misit Ioanni. Num vero is angelus fuerit D. Michael, an aliud quispiam ex angelorum sodalitio: non certo dicere possumus, sed nec scire magnoperè nostra resert. Satis nobis sit, quod angeli sint administrato-
rii spiritus, nostreque salutis ergo à Deo emittantur, ideoque gratias Deo agamus, quod tunc omnino ipsi sumus curæ, ut per tam excellentes spiritus, & corpo-
ra nostra custodiat & animam conseruet, perficiat-
que. Hebr. 1.1. Psalm. 33. & 90.

Verum veniamus ad ipsum Lectionis scopum, ad doctrinam inquam & fructum. Quicquid in ea no-
bis proponitur, ad Euangelium vnicè pertinet. Nam mandatum illud, quod Deus per angelum Ioannem seruo suo misit, aliud fuit nihil, quam merum Euangeliū. Sunt autem tria præsertim, quæ circa ma-
teriam huiusmodi commendantur hic nobis. Pri-
mum nempe, quid sit Euangelium: secundum au-
tem, quis sit fructus Euangeliū: tertium vero, quæ sit Euangeliū summa.

Principiò quidem, quod Euangeliū definitionem attinet: vocatur illud hinc sermo DEI & testimoniū Iesu Christi. Nam aliud nihil testificatus est Ioannes, neque aliud mandatum à Deo per ange-
lum accepit. Est igitur Euangelium huiusmodi do-
ctrina, quæ ab ipso Deo prodit, & Dei verbum est,
inquit, qua testimonium fertur Iesu, quod is sit Christus filius Dei viventis.

Frustrus autem huius Euangeliū, beatitudo æter-
na est,

na est, beatum enim pronunciat Ioannes, qui audit & seruat illud, hoc est, ei credit & iuxta id ipsum vivit. Nam talis re vera audit & seruat prophetiz huius verba. Quod vero huiusmodi fructus ex Euangeliō verē proficiuntur, testatur & Paulus Rom. 1. dum inquit: Euangelium potentia Dei est, ad salutem omnium credenti.

Cæterū si totam Euangelicā doctrinā seu testimoniū Iesu Christi summā in numerato habere libet: est ea hæc, quod Iesus Christus sit doctor veritatis, & æterni iustitiae, quod mortuus sit, & sua ipsius potentia resurrexerit, quod sit rex regum ac dominus dominantium, quod sit deuictor peccati, mortis & Sathanæ, quod pro peccatis nostris ex summa erga nos charitate proprium effuderit sanguinem, & eos nos mūdauerit, quodque omnis gratia & pax a Deo Patre ac Spiritu sancto per hunc solum nobis contingat. Vide, hæc summa est, quod fidei præsertim doctrinam attinet.

Supereftigitur, ut quando tantum omnino thesaurum habemus in Euangeliō, in summo etiam hoc ipsum pretio nobis sit, ideoque tam salutarem doctrinam iugiter & legamus & audiamus & seruemus, quod sic videlicet & ipsi fructibus Euangelici participes reddamur, hoc est, æternam consequamur beatitudinem.

FERIIS D. MICHAELIS, IN EVANGELIVM CON- CIO PRIMA.

Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis meus erimus est in regno caelorum.

Matth. XXVIII.

Quem-

Quemadmodum Lectio audita eam ob causam Habitare
 (vt diximus) prelecta nobis est, quod angelus fa^mo.
 ciat mentionem: ita & Euangelium hoc eo nomine
 nobis nunc proponitur, quod Dominus in eius epi-
 logo dicat, angelos parvorum semper videre fa-
 ciem Patris coelestis. Quod vero ad statum seu propo-
 sitionem huius eiusdem Euangelij spectat, impu-
 gnat in eo Dominus ambitionem, inuidiam, & offen-
 diculum, commendatque contraria humilitatem, can-
 dorem, ac simplicitatem seu innocentiam.

Sed contextum ipsum ordine expendamus. Sic er-
 go Matthaeus inquit: In illo tempore accesserunt discipuli
 ad Iesum, dicentes: Quis maximus est in regno celorum? Quæ-
 stio haec orta est & dependet ex praecedentibus. Di-
 xerat Dominus ad Petrum: Tu es Petrus, & super hanc
 petrani aedificabo Ecclesiam meam, &c. Subduxerat
 quoque illum secum in montem unum cum duobus
 Zebedaei filiis, quum transfiguraretur. Adhac paulo
 etiam ante censum, non pro te tantum, sed & pro Pe-
 tro soluerat. Suspicati igitur sunt ex his coniecturis
 discipuli, Petrum fortassis omnibus alijs fore præfe-
 rendum in regno Christi. Atqui hoc ipsum iniquis
 & subinuidis ferebant animis: idcirco nimis ro-
 garunt Dominum, ecquis maximus futurus esset in
 regno ipsius, hoc est, quis ex Apostolorum numero
 primatum gesturus esset. Sic autem loquuti sunt,
 quia somniabant tales in regno Christi dignitates
 futuras, quales in regum & principum aulis videmus.
 Coniicimus vero ex quaestione haec, in sanctis siue
 fidelibus non tantum reliquias peccati, sed grandia
 etiam peccata remanere. Fideles enim & sancti erant
 Apostoli, attamen ambitionis & inuidientia laboran-
 tes erant. Et sane caro nostra corrupta pro ingenio
 suo nunquam non excellere cupit, aliisque homi-

nibus præferri. Sed sequitur iani responso Domini ad iuperbam quæstionem, medelaque qua grauitissimo morbo medeantur: Et accessitum ad se puerum Iesus, statuit in medio illorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut pueri, non ingredi emini in regnum calorum. Quisquis igitur demiserit sāmetipsum sicut est puer iste, hic est maximus in regno calorum. Mixta hinc Christi uersus est Dominus, tam actione nimirum quam oratione constante, ut sic altius infigeret, quod docere voluit. Primo statuit puerum in medio illorum, ut hoc facto faceret eos attentos. Deinde mox adhibuit verba, ut quid paradigmate puelli cuperet effectum, ostenderet. Est autem is verborum sensus: Contenditis de primatu & prælatura Ecclesiastica, quis primas Ecclesias futurus sit. At ego vobis pro certo dico, nisi ab huiusmodi ambitionis affectibus mentes vestras auerteritis, & religiose fueritis conuersti, adeo non efficiamini in regno meo maximi & illustres, ut ne pro discipulis meis vos sim agnitus. Præscribit autem statim formam conuersionis, adiungens: Et efficiamini sicut parvuli. Parvuli seu pueri non inuidere, nec inanem expectare gloriam, nec primatus desiderare dignitatem nouerunt, nec lacessiti aut verberati odio afficiuntur, nec laudati honoratiue villa conimouentur arrogantia, sed sunt candidi, humiles, & simplices. Sic ergo & nos ab omni inuidia, gloria inani, arrogantia, odio, & ambitione imminunes esse oportet, si & in regnum cœlorum ingredi, & in eo magni esse velimus. Cæterum ne quis puelli conteineret exemplum, commendat porro egregie pueros Dominus: Et qui receperit (inquit) unum puellum talem in nomine meo, me recipit. Quia autem offendere viuum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suu[m] mola asinaria suu[m] collum eius, ac demergatur in præ-

In profunum maris. Unicus puerorum amator est DOMINVS, vnde & apud Marcum legimus, quod puellum in vlnas acceperit. Quicunque ergo repperit puerum talem, magnifecerit, benefecerit, erudierit, foderit, idque in nomine CHRISTI, quia nimis pueros nobis commendauerit, inque his vivat & operetur, is ipsum CHRISTVM recipiet. Contrà qui offendit puellum, hoc est, contemperit, lascerit, neglexerit, is adeò peccabit in CHRISTVM, ut summo supplicio sit afficiendus. Hæc iam expendat velim, qui pueros corrumpunt institutione negligenti, diutinis luxuris, carminibus obscenis, vita impura, conversatione contagiosa.

Ceterum quicquid hic de pueris dicitur, id & de iis intelligentum est qui pueroru*m*i sunt similes, id est, humilibus, innocentibus, sanctis, & simplicibus hominibus. Quisunque hos recipiunt, non minus recipient CHRISTVM, quam qui recipiunt pueros. Contrà vero qui hos offendunt, non minori supplicio afficiuntur, quam qui pueros offendunt. Quia vero offendiculum mundus pro nullo peccato dicit, iecirco aliquantò grauius nunc CHRISTVS agit contra scandalum: *Ve (inquietus) mundo à scandalis.* Necesse est enim ut veniant scandalum, reruntamen *re homini per quem offendiculum venit.* Conduuplicatio viuis dictiōnis in tacis, maximam significat vehementiam. Dum igitur DOMINVS bis vici minatur offendentibus, innuit maximum impendere illis supplicium. Nec dubium est, quin offensio parvolorum non minima hodie sit calamitatum nostrarum maximarum causa. Bona pars eorum, qui sanctissimi & reuerendissimi in orbe Christiano laborant, avaritia, ambitione, fastu, & libidine

(proh) toti mundo ponunt scandala. Plerique do-
ctores & sacrarum literarum interpretes proferunt
subinde noua dogmata, ne dicam hæreses & schi-
smata, quibus adeò offendunt simplices, vt quā ad
cœlos via pateat non modo dubitent, sed nelciant
plane. Vulgus vero spurciloquentia, corporis ha-
bitu pudendo, moribus impuris, vitaque prophana
& scelestæ scatet scandalis. Væ ergo vobis, væ pecca-
tis nostris, væ ingratitudini & cæcitati nostræ.

Sed audiamus nunc consilium Domini contra of-
fendiculum, vt tandem à vœ illo liberemur. Quod si
(inquit) manus tua vel pes tuus obſtaculo eſt tibi, abſcinde
eum, & proice ab te: bonum eſt tibi ad vitam ingredī clauso
dum aut mæſtum potius, quād duas manus vel duos pedes ha-
bente mæſtū in ignem æternū. Et ſi oculus tuus offendit te,
erue eum, & proice ab te: bonum eſt tibi, vt luscus intres in
vitum potius, quād vt duos oculos habens mittaris in geheno
nam ignis. Non præcipit hæc externam reſectionem
niembrorum corporis, ſed reſectionem affectuum,
vt nimis nullus affectus nobis ſit tam charus &
intimus, quin ei reſistantur, ne comittamus quo of-
fendantur alij. Poſſunt autem hæc & de reſectione
Ecclesiastica intelligi commode, vt ſcilicet turpiter
agentes abſcindantur ab Ecclesia, quantulibet alio-
qui excellentes & necessarij, quod intelligent omnes
grauiſter peccasse illos, ideoque metuant.

Sequitur iam epilogus: *Videſte* (inquit Dominus)
ne contemnatis vnum ex hiſ puſillis: Dico enim vobis, quod an-
geli eorum in caelis ſemper rident faciem patruſ mei, qui in cae-
lis eſt. Haſtenus coſiūendauit pueros, cum propter
iſorum humilitatem & ſimplicitatem, tum quod
iſpem eis amet vnicè. Hæc vero coſiūenda eos
dem propterea, quod angeli iſorum custodes ſint.
Maxima dignitas & beatitudo angelorum eſt. Nam
ſemper

semper perfruuntur iucunda, familiarique DEI
præsentia. Hos autem fecit ministros & custodes
puerorum, & qui his sunt similes, humiles, & sim-
plices homines. Cosequitur ergo, pueros & simpli-
ces in maxima esse æstimatione coram Deo, ut qui-
bus tam excellentes dederit custodes. Cauendum igit
tur nobis etiam atque etiam est, ne contemnamus il-
los, ideoq; nec offendamus. Quia verò non sunt con-
temnendi, consequitur, quòd nec ambitione, nec in-
uidia laborare nos oporteat. Nam ex his oritur con-
temptus. Porrò autem quòd audimus, angelos nobis
datos esse custodes & ministros, id maximè excitare
debet fidem nostram in Deum, atq; adeò & constan-
tiam, & tranquillitatē addere nobis in omnibus ad-
uersitatibus nostris.

IN IDEM CONCIO

SECUNDA.

Hoc Euangelium eam ob caussam hisce angelo-
rum serijs dedicatum est, quòd in conclusione
eius audierimus, angelos parvulorum in cœlis vide-
re semper celestis Patris faciem. Scopus autem &
præcipuus & vnicus, commendatio parvulorum est.
Caussam vero huic commendationi dedit Apostolo-
rum ambitio. Hi enim (vt initio auditis) scire ge-
stiebant, quis ipsorum maximus in regno cœlorum
futurus esset Volens igitur retundere D O M I N V S
huiusmodi suorum ambitionem, statuit puerum in
illorum medio, addiditque, solum illum fore in re-
gno cœlorum maximum, qui instar pueri istius fere
humiliaret: proin, nisi & ipsi discipuli posita ambi-
tione fierent sicut parvuli hunciles, adeò non futu-
ros illos maximos in regno cœlorum, vt ne inge-
suri

furi quidem illud essent. Quum vero omnes secum
regnaturos parvolorum instar eis voluerit, non
obscure hinc liquet, in magno pretio apud ipsum
eis parvulos. Immo id disertis etiam verbis decla-
rat, dum dicit, se recipi ab eo, qui puerum suo nomi-
ne recipiat: contrà mola astinatio eis dignum, qui
offendat unum ex parvulis. Ne autem quis addubi-
tet, te vera in funchio pretio apud Dominum eis pu-
illos, dicit idem insuper, angelos ipsorum videre.
Semper faciem Dei Patris. Certe illi adeò Deo cu-
ræ sunt, ut angelos ipsis dederit custodes & mini-
stros: nemo negare potest, maximi eos à Deo fieri.
Rursus si angelii ipsorum semper cœlestis Patris fa-
cieni videntur: facile cernere est, non impunè eos latu-
ros, qui parvulos offendenterint aut lasei int. nam non
prement silentio angelii iniuriam illis illatam. Quan-
do ergo ipse Deus tam charos habet parvulos, int
ijtem & nobis chari, ideoque recipiamus ac fouea-
huc eos, hoc est, recipianus eos per baptismum in
Ecclesiam, erudiamus eos in pietate, ac defendamus
eos contra prava exempla & malorum iniurias. Con-
tra quum tam grauitate Deus in eos animaduersurus
sit qui parvulos offendenterint: caueamus ab offendiculis sedulò, ne eos depravemus vel verbis impuris
vel gestibus, & tibusque obscenis, neve eos alioqui
deprimamus aut lœdamus. Quod autem hic de æta-
te parvulis dicitur, intelligendum etiam est de par-
vulis fortuna, hoc est, pauperibus, viduis, orphanis,
desolatis: ut scilicet & hos recipiamus, nec offendan-
mus unquam tales. Immo neminem omnino offe-
dere debemus, cuiuscunque etiam si sit vel conditio-
nis vel fortunæ. Quicquid igitur vel alijs vel nobis
offendiculo esse possit, siue sit manus, siue pes, siue
oculus, hoc est, siue parentes, cognati, coniuncti, libe-

ri, mundus, propria caro: id omne amputemus & ab-
sticiamus, ne introitu regni cœlestis arceamur. Ad-
huc verò simus & ipsi parvuli, non quidem extate,
sed animo & moribus: hoc est, humiles, simplices,
innocentes. Sic enim & nos chari Christo erimus, cu
stodiemurq; ab angelis, ac futuri demum sumus in
regno cœlorum maximi.

FERIIS D. SIMONIS ET IV-
DAE, IN EPISTOLAM
CONCIO PRIMA.

*Scimus fratres quibus qui diligunt Deum, omnia sua
mul adiumento, &c. Roman. VIII.*

Simon & Iudas, quorum hodie memoriā agi-
mus, fratres germani fuerunt; ideoque uno, eo-
demque die celebrantur. Quia verò nihil magis fra-
tres decet, quam charitas: hac occasione mota Eccle-
sia, huiusmodi nobis in Epistolam & Euangeliū
prælegenda nunc ordinavit, quæ de charitate agant
cum primis. Sed quoniam gemina est charitas, Del-
scilicet & proximi: in Epistola quidem, de ea quæ pro-
ximum concernit, tractatur.

*Habita
nus 50.*

Cæterū, ut ab Epistola inchoemus: tota eius sum-
ma est, dilectoribus Dei cedere omnia in bonum &
felicitatis cumulum: ut proin plurimum utilitatē
in eo consistat, et diligatur a nobis Deus. Hic autem
tres oriuntur questiones, quinam videlicet Deum
verè diligant, quomodo diligatur Deus, & quoniam
pactio seu vnde dilectoribus Dei omnia in bonū co-
operentur. Primiā quidem & tertiam explicat D. Pau-
lus, secundam vero tanquam notam præterit.

Si quis igitur nouisse velt, quinam reuera Deum
diligant: dicit Apostolus eos diligere Deum, qui se-
cundum propositum illius vocati sint sancti, hoc est,

quos præsicerit, elegerit, vocauerit, iustificauerit, & glorificauerit Deus: nam hi Spiritum sanctum habent, per quem diffusa est charitas Dei in cordibus ipsorum, hoc est, per quem & cognoscunt summam erga se Dei charitatem, & dignè redamare eum possunt. Est itaque summa, donum esse Dei, non voluntatis aut currentis, ut homo vere Deum diligat.

Etsi iam soli Deo cognitum, perspectumque est à quibus verè diligatur, quos inquit prædestinauerit: sunt tamen in promptu indicia certa, vnde dilectores Dei & ab hominibus cognosci queant, nimirum ex fructibus, ex pietate & innocentia virtutum. Vult sancanziari Deus, non corde duntaxat inuisibiliter, sed & verbis, factisque visibiliter. Quicunque ergo, iuxta cordis affectum, omnia sua & verba & opera iuxta verbi Dei præscriptum componunt, iij haud dubie veri dilectores Dei & electi sunt. Quare si & nos verè electionis ac vocationis nostre certiores esse velimur, per bona opera prodamus eam oportet: iuxta illud Petri in 2. cap. 1. Fratres satagit, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Hęc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abunde ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini & saluatoris nostri Iesu Christi. Atque huc & illud Pauli 2. Timot. 2. spectat, ubi is ita dicit inter alia: Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognovit Dominus, qui sunt sui. Et: Discedat ab iniquitate omnis, qui invocat nomen Domini.

Porrò autem verè diligentibus Deum cooperari in bonum omnia, multis rationibus Apostolus hic probat. Nam quum iij verè prædestinati sint ad glorificationem æternam, nulla prorsus creatura incommodare saluti eorum potest, sed omnia inseruire eidem

dem (velint, nolint) oportet. Si velit ei nocere quis
piam, habent pro se Deum potentissimum. Si quis
eos coram Dei iudicio accusare aut cōdemnare pro-
pter peccata velit, habent Deum iustificatorem, Ie-
susq; Christum aduocatum & defensorem. Si quis
intentare illis volet afflictiones & mortem, aut libe-
rantur diuinitūs, aut per afflictiones mortemq; glo-
rificantur mox vita æterna. Si labuntur in peccata,
& remissionem consequuntur, & sollicitius post vi-
uunt. Quum ergo ita comparatum sit cum dilectori
bus Dei, simus & nos in horum catalogo. Meininer-
imus, quot, quantaq; ille in nos contulerit beneficia:
creando scilicet nos, quum nihil essemus: sed in pri-
mis tradito pro nobis filio proprio, quum perdidi es-
semus: eligendo & iustificando nos, quum reprobri &
iniustissimi essemus. Cogitemus item, non semel du-
taxat Christum morte, resurrectioneq; sua expiæ
nostra peccata, sed & etiamnum intercedere pro no-
bis, placareq; patrem: non quidem voce, sed passio-
nis suæ merito.

Ideoq; quemadmodum Deus Pater omnia sua no-
bis donauit, quemadmodum Christus omnia nobis
& passus est & fecit: sic & nos, tum nosipso, tum om-
nia nostra addicamus perpetuo Deo: sic quoque in
eius gratiam & ad nominis ipsius gloriam, quiduis
& faciamus & vitemus & patiamur.

IN EANDEM CONCIO.

SECUNDIA.

Mirum in modū consolatoria hæc Epistola est: *Anno* 11.
sed ijs, qui sic affecti sunt, quemadmodum il-
li, de quibus Paulus loquitur, hoc est, qui diligunt
Deum: nam hi certificantur hæc, si esse in manu Dei,

nullam creaturam ipsis nocere posse, se nunquam in
eternum separandos esse a Dei & charitate & cōfor-
tio, omnia deniq; (ipsa etiam peccata) cooperatura
ipsis in bonum. Causa autem, quae dilectionibus Dei
canta sit securitas, hinc est, quod sunt prædestinati,
quod Deus ipsis & filium suum unigenitum & omnia
cum eodem donavit, quod ille ipsis iustificat & cō-
tra accusatores tutatur, quod Christus pro ipsis in-
tercedit. Peccata quidem ob hoc nocere eis non pos-
sunt, non quod non peccant, sed quod Deus peccata
ipsis nō imputet, ea remittat, ea filij sui innocētia &
iustitia tegat. Sathan vero hac de causa non potest
incommodare illis, quod Deus habeant a parte sua,
quod ab hoc iustificantur. Mundus autem hanc ob rem
nō potest illis nocere, quod Deus cu ipsis in tribula-
tione sit, quod eos corroboret scuto fidei, & gladio
spiritus verbo Dei in omnibus persequitionibus. Sic
nimirus cōsolatur & animat in hac Lectiōne Aposto-
lus dilectores Dei cōtra peccatū, Sathanam, Mundū,
& Infernū, ne ab his sibi timeant, ne horū terroribus
ac nimis terreantur, sed ut Deū suo confidant, hunc
sanctificet, in huius dilectione & perseverent & pro-
grediantur, huic deniq; adhærent & in morte & in
vita. Ceterū dum ad hunc modū electos seu dile-
ctos cōsolatur, depingit obiter ordinem iustificatio-
nis, hoc est, vnde habeat quis ut' diligat Deū, quomo-
do diligētibus Deum omnia in bonum cooperentur.
Quia vero hic omnium nostrūm res agitur, animad-
vertamus quād diligentissime. Primus gradus, elec-
tio seu prædestinatio est: hoc est, libera Dei volun-
tas, qua hominem ab eterno in sui & amoris & re-
gni cōsortium eligit, idq; citra ullum respectum vel
meritorum vel operum, ex sola mera & gratuita gra-
tia. Secundus gradus, est vocatio: qua nimurum De-

us electum (iam homine in factum) siue in infancia,
siue pueritia, siue iuuentate, siue senectute vocat, non
modo externa verbi sui prædicatione, sed & internè
per spiritum sanctum, cor electi innouantem & fi-
dei dono replente. Tertius gradus, iustificatio est:
hoc est, remissio peccatorum, & donatio iustitiae: si-
mulatque enim Deus electum spiritu suo imbuit,
ut & peccata sua ex animo agnoscat, & in Christum
omnem suam fiduciani collocet: statim eum sua gra-
tia iustificat per fidem, remittit illi omnia peccata,
perinde habet illum iustum, ac si ab æterno iustus
fuisse, dat quoque illi voluntatem, & facultatem
vivendi posthac iustè & sanctè. Hic tunc bona ope-
ra & merita incipiunt, quæ tamen mera ac gratuita
sunt dona: atque hæc deum electionis, vocatio-
nis & iustificationis testimonija sunt. 2. Pet. 1. ac ma-
gis etiam iustificatum iustificant, hoc est, maiorem
gratiam à Deo impetrant. Largitur enim D E V S
gratiam pro gratia. Ioan. 1. Porrò quartus gradus,
glorificatio est: hoc est, donatio immortalitatis,
præmium vitæ æternæ. Hæc quidem bonorum o-
perum & meritorum vocatur merces, immò mer-
ces quoque est: verum certe merces tanta, ad quam
ne omnes quidem gotius mundi afflictiones pare-
sunt, quanec omnia omnium piorum bona ope-
sunt digna: eoque merito & ipsa à D. Paulo gra-
Dei vocatur. Rom. 6. & ab omnibus item S. Pati-
bus. In summa, gratia est electio, gratia est voca-
tio, gratia est iustificatio, gratia est glorificatio.
Discemus igitur hinc, non esse presumendum ali-
cui de meritis suis, nihil habere nos quod non acce-
perimus à Deo, eoque in solo Deo esse gloriandum.
Et quia supra audiuimus, diligentibus Deum omnia
in bonum cooperatura, his neq; peccatum neq; Sæ-
thanam

thanam neque mundum neque infernum nocere posse: siccirco, quò & nos tanta securitate gaudere possimus, ipsi quoq; sedulò diligamus Deum, hunc timeamus, huic fidamus, ad huius verbum, & voluntatem nosinet componamus, hunc denique laudemus, ore, corde, morte, vita. Ipsi honor & gloria in seculorum, Amen.

FERIIS D. SIMONIS ET IV.
DAE, IN EVANGELIVM CON-
CIO PRIMA.

*Hoc præcipio vobis, ut diligatis vos mutuo. Si
mundus vos odit, &c. Ioan. XV.*

Habita
anno 52.

IN Epistola de charitate erga Deum audiuimus: in Euangelio vero hoc audiuimus porrò de charitate erga proximum. Nam hæc præcipuum caput est, quod in eo habemus. Quæ sequuntur enim de mundi odio, tum in ipsum Christum, tum in ipsius discipulos, ea huc potissimum faciunt, ut deterreamur ab omni odio, ne & nostrum peccatum inexcusabilemaneat.

Quid autem sit diligere mutuò, facile explicatu est: nimirum, omnes diligere vere & ex animo, quem in modum vñusquisque se ipius diliget: non volés, iensque alijs aliter, quam sibi ipsi fieri velit ab anno segnius aliorum, quam suam ipsius salutem servare & tueri satagens. Et si vero (ut mundi indomestica est, teste Euangelio hoc) nonnulli parum nostræ erga se dilectioni respondent, reponentes scilicet pro amore odium, pro beneficijs insectationes hostiles: nihil tamen id nobis offendiculo esse debet, sed merinde debemus nos in charitate & pergere & perseverare: diligentes inimicos nostros, orantes pro persequentibus nos, benedicentes maledicentibus nobis.

bis. Matth. 5. Rom. 12. 1. Pet. 3. Non est seruus maior Domino suo, nec nos proin Christo maiores sumus. Is autem mundi odium & persecutio[n]es sustinuit, idq[ue] adeò gratis, citra ullum meritum. Non ergo mirum nobis esse debet, immo nec ex gr[ati]e aut impatiens ferre debemus, si & ipsi odium, insectationesque aliorum patiamur iniuste. Cogitare debemus, in hoc prædestinatos nos esse à Deo per Christum, ut imaginis huius conformes reddamur. Rom. 8. hoc est, vt quemadmodum ille sanctus est, sic & nos sancti simus. Leuit. 19. 1. Pet. 1. quemadmodum ille passus est, ita & nos patiamur. 1. Pet. 2. ideoque gaudendum nobis merito erit, quum gratis habemur odio & affligimur: nam signum certissimum id est, verè nos esse prædestinatos: & si afflictionum socij fuerimus, erimus & resurrectionis. Rom. 6. si commortui Christo fuerimus, & conuiuemus: si suscieramus, & conregnabimus. 2. Tim. 2.

IN IDEM CONCIO

SECUNDA.

IN Epistola audiuimus de dilectione Dei, & eius frumentis: in hoc vero Euangelio de dilectione proximi porrò audimus: nam primarius scopus (vt & ex principio collegisti) huc tendit, vt diligamus nos mutuò. Ne vero hic tergitur semur, præcepto nos constringit Christus: Hac (inquiens) diligatis vos uniuersos. Quis de quantus istis sit, qui charitatem mutuam præcipit nobis, scimus: Est enim Iesus & Dominus & Magister noster, nosq[ue] eius sumus & servi & discipuli. Debemus igitur illi obedientiam, præceptu eius nos ligat, & sic tenemur diligere nos mutuò. Mutuò inquam, hoc est, alter alterū, unusquisque omnes. Non enim quidam diligendi, aliij odio

habendi sunt. Est generale præceptum, omnes quæ complectitur, amicos, inimicos, notos, ignoratos, proximos, longinquos, diuitias, pauperes, nobiles, ignobiles, liberos, teruq; mares, fœminas, iuuenes, senes, magistratus, subditos. Sed autem cat multos à dilectione peruersum mundi exemplum. Mundus, hoc est, maxima pars hominum, summo odio laborat, & odit omnium maximè optimos quosque. Volunt igitur pleriq; ab ea parte stare, in qua maxima hominum multitudo est. Aut si id refugiunt, nolunt tamen se odientes diligere. Illi & illi (inquiunt) oderunt me, ergo igitur eos diligenter. Id nunquam possum, neque possum faciam. Satis, inimico plus satis inimihi est, vt diligam diligentes me. Verum Dominus noster non vult nos mundo assimilari aut eius exemplo offendi. Mundus, quia ex Diabolo est, nihil aliud quam odisse potest. Nos vero Christiani non sumus de mundo, sed ab hoc per Christum exempti sumus. Ergo ab eius exemplo & genio nos quam alienissimos esse oportet. Non est seruus maior Domino suo, vt Christus & hic & alibi estatur. Sed ipsum etiam Christum, ipsum etiam Deum Patrem odio habuit in mundo. Mirum ergo non est, si nos oderit. Atque neque Christus neque Pater cœlestis ob hoc odium benefacere desinit mundo. Ergo quemadmodum nos mundi exemplo à dilectione non auocabimur, sic nec nos odientes ac persequentes fauore, beneficijsq; prosequi cessare debemus. Etsi autem nunquam deerunt, qui nos oderint, cauendum tamen nobis est, ne quis iure nos oderit & persequatur. Christum Servatorem gratis odio habuerunt: ergo & nos sic agere, vivereq; debemus, vt quicunque nos oderunt, oderint gratis. Tantu de dilectione in hoc Euangelio voluntius commentari. Nos modo videamus, vt pauca hæc

retineamus & per omnem sedulo ritam fertemus.
 Præterea vero obseruemus hic, mundum semper
 odisse & insectatum esse veritatem, veritatisq; pro-
 fessores: monemurq; ut ab hoc genio & exemplo si-
 mus alienissimi, obseruemus quoq; tam clarè mun-
 do illuxisse Euangelium & gratiam Dei, ut sit plane
 inexcusabilis, ut nihil in Dei iudicio prætexere pos-
 sit: monemurq; nos, ut ad lucem Euangelicam tem-
 pestive ambulemus, ne vel accusatione vel excusatione nobis sit opus.

FERIIS OMNIVM SANCTO-
 RVM, IN EPISTOLAM CON-
 CIO PRIMA.

*Ecce ego vidi alterum angelum ascendenter ab
 ortu solis, &c. Apocal. VII.*

Primaria huius Lectionis propositio de Ecclesiæ Habita-
 pte, quomodo circa eam agatur. Sunt autem tria
 præsertim, quæ in eum locum nobis proponuntur.
 Primo enim eluceat, quis nam Ecclesiæ sit propu-
 gnator, quis custos: secundò sit manifestum, qualiti-
 tam populus Ecclesia exultat, unde collectus: tertid.
 ac ultimò declaratur, quis sit sermo Ecclesiæ, quid
 prædicetur in ea. Dicemus vero de his tribus in præ-
 sentia & breuiter & luculenter.

De primo, quis nimirum Ecclesiam defendat, sic
 Apollonus inquit: *Vidi alterum angelum ascendenter ab
 ortu solis, habentem sigillum* [Ex voto gratulacionis] et magnis
 qualibus angelis, quibus datur etiam nomen Iacobus ap. *et nunc dico
 tenui: Nolite nocere terra, anguis maris, neque arboribus, quando-
 usque signemus seruos Dei nostri in fronsibus suis. Quemadmo-
 modum Sathan princeps huius mundi est, Ioan. 14.
 sic etiam in mundo dominatur, immo tyrannidem
 exercet in suis. Nam hoc datus illi est a Deo, ut quod
 impij*

impij & increduli nolint resipiscere, ipse eorum sit dominus & tyrannus. Verum ille, qua est crudelitate præditus, non satis habet suorum dominari, sed & electos Dei, ipsam nimirum Ecclesiam, insuper aut in suum consortium abducere, aut extinguere conatur. Hinc nempe & Dominus dicit: Vide, Sathanas expetiuit vos, ut traharet sicut triticum. Quare, ne ille pro libidine sua cum Ecclesia agat, accedit angelus ille ab ortu solis ascendens & habens sigillum Dei viui, nimirum ipse Iesus Christus Seruator noster. Nam is ab ortu solis ascendit vere, hoc est, ab alto celo oritur, quod ascendit, ut interpellaret pro nobis: is & re vera habet sigillum Dei viui, hoc est, expressa imago est invisibilis Dei & paternæ gloriae. Col. 1. Hebr. 1. Ipse inquam accedit, & Sathanæ Ecclesiaz contactum interdicit, ne ei vel capillum unicum auferat. Permittit quidem illi nonnunquam, ut in externum sequiat corpus, at ut in animam, nequaquam. Sic enim ait Ioan. 10. Oves meæ non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Sic & Ioan. 16. In mundo pressuram habebitis, sed confide, ego vici mundum. Et apud eundem 17. ad patrem: Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis periret. En, tales propugnatores, custodem, assertorem habet Ecclesia.

Cæterum de secundo, qualis nempe populus Ecclesia sit, ita porrò ait Ioannes: Et audiui numerum signatorum, cencium & quadraginta quatuor milia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda 12000. signati. Ex tribu Ruben 12000. signati. Ex tribu Gad 12000. signati. Ex tribu Aser 12000. signati. Ex tribu Nephtalim 12000. signati. Ex tribu Manasse 12000. signati. Ex tribu Symeon 12000. signati. Ex tribu Leuis, totidem. Ex tribu Isachar, totidem. Ex tribu Zabulon, totidem. Ex tribu Joseph, totidem. Ex tribu Beniam-

min, 12000. signati. Post haec vidi, & ecce turba multa, quam
dum numerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & tribubus,
& populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu ag-
gni, amicti stolis albis, & palme in manibus eorum. Iudeo-
rum populum præ omnibus alijs sibi in peculium e-
legerat Dominus: igitur ex his primum Ecclesia col-
lecta est. Deinde vero, vbi electis separatis, alijs iu-
gum Dominicum, suum Seruatorem, & Euangeli-
cam gratiam, proculs aspernarentur & reijcerent,
sunt & iphi reiekti. Quare in illorum locum assume-
re dignatus est Dominus gentes quascunque, & na-
tiones. Ita Ecclesia populus est ram ex Iudeis quænt
gentibus in fidei unitatem & unicam cœlestis her-
editatis spem collectus: & semper stat ante thronum
& in conspectu agni, hoc est, conuersationem habet
in cœlis, conuersaturque sine querela, & coram Deo
& coram hominibus. Hinc nimirum amictus est sto-
lis albis, & palmæ in manibus eius. Nam stolarum
albedo vitæ signat puritatem: palmæ autem latant
de peccatis victoriam. Et ex his signis vera Ecclesia
deprehenditur.

Postremum vero de tertio, quis scilicet Ecclesia
sit sermo, quæ professio, quæ prædicatio, sic Aposto-
lus inquit: Et clamabunt vox magna, dicentes: Salus ei, quæ
sedet super thronum Dei nostri & . Et omnes angelis flau-
bant in circuitu throni & seniorum & quatuor animalium, &
procubuerunt in conspectu throni in facies suas, & adorauero-
runt Deum dicentes: Amen, Benedicatio, & claritas, & sapien-
tia, & gratiarum alio, honor & virtus, & fortitudo Deo no-
stro in secula seculorum. Quemadmodum Christus cognoscit
suas oves, nempe Ecclesiam: sic & Ecclesia vicissi-
sim cognovit vocem sui pastoris & custodis. Hinc de
nullo alio scit loqui, de nullo alio canere, nullum
aliud laudare, adorare, colere, & inuocare, quam il-

Ium solum, nempe sedentem super thronum Dei, id est, ad dextram patris, & habentem omnem potestatem in celo & in terra. Et igitur vni ascribit omnem benedictionem, honorem, sapientiam, virtutem, & fortitudinem. Et hoc facit non ore solum, sed & corde atque vita.

IN EANDEM CONCIO

SECUNDA.

IN hac Lectione Apocalypsa describitur nobis vniuersitas communitas, & politia Sanctorum, hoc est, Ecclesiae mysticæ. Quia vero insignis & doctrina & exhortatio inde ad nos manat, immo quia & ipsi in Sanctorum communionem pertinemus: non pigere nos debet, hanc ipsam Lectionem paulò diligenter, penitusq; considerare. Sunt autem tria praesertim, quæ in ea proponuntur, quæque & nos expendere oportet. Primum est, quis sit Ecclesiae seu Sanctorum auctor, collector, & propugnator: secundum autem est, quibus populis constet Ecclesia, seu è quibus populis collecta sit: tertium vero est, quas proprietates siue quæ exercitia Ecclesia habeat, e quibus signis possit deprehendi.

Primo quidem, quod ad Ecclesiam auctorem, collectorem, conseruatorem, & defensorem spectat: est is Angelus ille, qui ascendit ab ortu solis & habuit sigillum Dei viui: hoc est, Iesus Christus, verus ille oriens & sol iustitiae, verus Mæsias & Dei viuentis filius, qui secundum humanitatem angelus seu numerus tuit, secundum vero diuinitatem est sigillum, & expressa imago Dei viui. Is inquam auctor & caput Ecclesiae est. Coloss. 1. Ephes. 5. is Ecclesiae est collector. Ioan. 10. & 11. is quoque Ecclesiae est defensor ac custos. Ioan. 17. Rom. 8. Is voces sua ma-

gna, sua diuina potestate, suo verbo, prohibet quætuor angelis terræ & mari nocituri, hoc est, iphis dæmonibus, ne noceant Ecclesiaz, sanctis, electis, credentibus. En, tanto auctore, collectore, & propugnatore gaudet Ecclesia.

Iam secundò, quod populos contingit, è quibus Ecclesia collecta: docemur ex præsenti lectione, & est quoque rei veritas, eam collectam esse & ex Iudæis & ex omnibus gentibus. Nam (vt Petrus in AEt. cap. 10, inquit) in omni gente qui timet Deum & iustitiam operatur, is acceptus est Deo. Propterea & Paulus Rom. 10. dicit: Non est distinctione Iudæi & Græci. Næ idem Dominus omnium, domines in omnes inuocantes se. Et Ephe. 2. Christus viuens euangelizauit pacem, vobis qui procul aberatis, hoc est, gentibus: & iis qui propè, hoc est, Iudæis. Quia per illum habemus aditum utriusque in uno spiritu ad Patrem. Est igitur Ecclesia per uniuersum orbem, per omnes populos diffusa, ideoq; recte Catholicā dicitur.

Cæterum quod ad tertium pertinet, quæ scilicet sunt propria ligna exercitia Ecclesiaz: audiuimus ex Lectionis verbis, Sanctos stare ante thronum & in conspectu agni, amictos esse stolis albis, habere palmas in manibus suis, & clamore magno laudare Deum & Agnum. Stare ante thronum & in conspectu agni, est vera fide & pura conscientia esse prædictum. Amictum autem esse stolis albis, est sancte & iustæ conuersari, bonis operibus incumbere. Habere vero palmas, est in temptationibus & ast. Actionibus quibuscumque fortiter in fide ac pietate persistere. Porro clamore magno Deo & Agno dicere salutem, est salutem & omnia bona soli Deo & Christo tribuere, non suis viribus aut meritis, nec alicui creaturæ est item omnia ad solius Dei gloriam, tanquam ad

supremum finem referre, si igitur verè sancti & de Ecclesia sunt, qui habent fidem veram & conscientiam puram, qui sancte & iuste viuunt, qui omnes tentationes, afflictionesque patientia superant, qui denique omnem salutem & gloriam vni Deo & Christo tribuunt. Si ergo & nos in Ecclesia, ac sancti vere esse volumus, his ijsdem studeamus praediti esse signis, simus & ipsi fide vera & conscientia pura, sancte & iuste per charitatem, perque bona opera viuamus, in omnibus temptationibus & afflictionibus presenti simus robore, omnemque denique & salutem & gloriam Deo per Christum acceptam feramus.

FERIIS OMNIVM SANCTORVM, IN EVANGELIVM CONCIO PRIMA.

Cum vidisset autem turbas, ascensit in montem,

& cum consendisset, eccl.

Matth. V.

Onus (quotquot sumus) nobis bene esse cupimus, & veram felicitatem ante omnia inquirimus. Quibus vero in rebus sita sit vera felicitas, & qui re vera beati sint, in hoc mire variarunt huius seculi sapientes. Nam Augustinus lib. de Civit. Dei 19. cap. i. ducentas & octoginta octo sententias de vera beatitudine variantes numerat. Non solum autem sapientes hic variarunt, sed vulgi quoque variae fuerunt opiniones, ut & hodie plerique sunt. Ceteru ex corruptis sententijs de felicitate in primis oriuntur omnia peccata vita, dum quisque vitium pro virtute sestat, sicut alijs subinde atque alijs implicatur peccatis. Ut igitur nostris animis prauas opiniones eximeret Dominus, verasque contraria inferret, differit in hoc Evangelio de vera beatitudine: & sic quidem differit

de hac, ut simplicissimè eam ostendat, simulq; retu-
ret que mundus existimat beata. Prius verò, quam ad
beatitudinis explicationem veniamus, expendemus
paucis circumstantias historiæ, quas Matthæus addu-
cit. Sic ergo inquit: Quum vidisset Iesu turbas, ascendit in
montem, et quum consedisset, accesserunt ad illum discipuli eius
et aperiens eum, docebat illos. Multæ turbæ (ut telta-
tur Euangelista in fine præcedentis capituli) sequeba-
tur Dominum à Galilæa ac Decapoli, & Hierosoly-
mis, & Iudæa, & à regionibus trans Iordanem sitis.
Quum igitur has videret seruenti stomacho animi
cœlestes appetere dapes, non frustratus est desideriū
ipsarum, ideoq; (quum introducatur ubiq; in sacris
clemens & misericors, quiq; possit affici sensu infir-
mitatum nostrarum) promptissimo animo totu pie-
tatis negotium & ipsis & Apostolis exposuit fidelissi-
mè. Quod autem adscendit in montem, id primo fecit
propter auditorum copiam: deinde verò & loci celi-
tudine declarauit, se nihil humile, terrenumq; traditum,
sed ardua, cœlestiaque omnia: quin & Molis
retulit exemplum, vt qui legem proditurus populo,
montem adscendisse legitur. Præterea, quod conse-
dit cōcionaturus, eo corporis habitu innuit, se ani-
mum requirere attentum & pacatum, non oberran-
tem & tumultuantem per omnia. Quod verò dicitur
eo suum aperuisse, eo designatur, Dominum summa
modestia & totius corporis gestu, habitu exquisiti-
simo in concionando esse vsum: sugillanturque illi,
qui in concionibus indecoro corporis gestu, athle-
tica membrorum iactatione, & crebra, turpiq; totius
vultus transformatione vtuntur.

Sic autem doctrinam suam Dominus exorsus est,
dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam illorum, &c. Mundus illos in primis beatos esse putat, quibus ampli-

Simū suppetunt opes, quas comitari solet superbia
vurgens & insolens arrogantia. At Christus illos po-
tius beatos esse pronunciat, qui pauperes sunt, &
pauperes quidem spiritu: hoc est, qui humili ac sub-
missa mente sunt prædicti, qui modestissimè de sele
sentiant, quiq; nihil præsidij in perituis opibus ac
inani huius mundi strepitū collocant. Hi enim, vt re
vera in terra felices sunt, ita & post hanc vitam in
summam extollentur in cœlis sublimitatem. Hic pri
mus ad felicitatem gradus est.

Sequitur iam secundus: Beati (inquit) qui lugent, qua
dam consolacionem accipient. Vulgo illi putantur
beati, quibus omnia cedunt prospere, quiq; in risu
& gaudijs versantur. Verum si rem æstimauerimus,
deprehendemus hos molles & effeminatos omni-
l, esse miserrimos. Nam Dominus apud Lucam: Vx
(inquit) vobis qui rideatis nunc: quia lugebitis & fle-
bitis. At beati sunt Domino lugentes, qui nimicrum
dolent & plorant apud semetiplos peccata commis-
sa, errores, studium nimium terrenarum, & neglectū
cerum diuinarum: qui item tanguntur infortunio
fratrum, mundiq; adeo incredulitatem, & ingratitu-
dinem apud se serio deplorant. Hos consolabitur
Dominus, remittens videlicet peccata, confirmans
corda, & æternum in cordibus excitans gaudium.

Sequitur tertius nunc ad beatitudinem gradus:
Beatus iustus, quoniam ipsi habent terram. Habentur a
mundo beati, qui peritia rei militaris, fortitudine
que bellica, & regna sibi complurima subiiciunt, &
orbis vniuerso terrori sunt: vt olim Assyrii, Babylo-
ni, Medi, Periz, Græci, Romani: itemque, qui suum
ius, immò suam libidinem, circa respectum & metu
cuiusq; per omnia grassando persequuntur. Ceterum
Dominus contra iutes beatos pronunciat, qui
videli-

videlicet cedunt improbitatibus, non resistunt ma-
lo, sed in bono malum vincunt. ergaq; omnes & ani-
mo & verbis lenes sunt. His promittitur terra, longè
nimirum ipsacionior & melior, atque quam crudeles
illi vi possident: non quæ tribulos profert & spinas,
sed de qua Psalmista canit, dicens: Credo videre bo-
na Domini in terra viuentium.

Sequitur gradus porrò quartus: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsis saturabuntur.* Cæcus in-
dus beatos censer Apios, comedones & potatores,
qui omnis generis cibis, voluptatibusq; sese ingurgi-
tant. Atqui impurissimam hanc opinionem refutat
Dominus, esurientes & sitiientes beatos esse dicit, qui
nimirum non delicijs sese explet, neque felicitatis
quicquam in voluptatibus, curaq; ventris collocat,
sed maximo & desiderio & studio iustitiam sectan-
tui, fidem nempe et vitæ innocentiam. Nam in his
iustitia vera consistit. Tales esurientes et sitientes sa-
turabuntur à Deo: nam conferetur ipsis vera iustifi-
catio hic, et recipientur tandem in sedes beatas, vbi
summa est saturitas. Quod autem Dominus exercet
dicit: qui esuriunt et sitiunt, non, qui esurierunt et
siterunt: eo indicat, piis nunquam putare se satis
esse iustos, ideoq; semper ad altiora eluctari, non ve-
rò subsistere, non fieri in iustitiae studio segnes.

Sequitur gradus felicitatis quintus: *Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur.* Ponunt multi be-
atitudinem in frugalitatem et avaritiam, ideoq; the-
sauros congerunt, sibi ac suis duntaxat viuunt, nihil-
que impertiuntur pauperibus. Verū Dominus con-
tra beatos pronunciat misericordes, id est, benignos,
beneficos, et liberales erga inopes: hisq; misericordia-
m pollicetur, tam in hac vita, quam in futura, iuxta
illud: *Beatus qui intelligit super egenum et paupe-*

gen, in die mala liberabit eum Dominus. 41. Ieron; Beatus vir qui misereretur & commodat, in æternum pon commodebitur. 113.

Sequitur sextus gradus: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Sunt plerique, qui propter hypocritam & externam sanctimoniam speciem beati esse creduntur, ut olim Pharisæi, & hodie Anabaptistæ. Contrà verò Dominus beatos pronunciat, qui sunt mundo corde, hoc est, qui veram, catholicamque habent fidem, & tam interne quam externe veræ innocentia student. Hi Deum videbunt, hoc est, Dei consortio gloria æterna perfruentur.

Sequitur gradus septimus: Beati pacifici, quoniam iusti Dei vocabuntur. Non pauci reperiuntur, qui videntur sibi beati, si rixas & dissidia seminent, bellisq; & tumultibus conturbent omnia: tum enim in sinu gaudent. At Dominus contrà pacificos pronunciat beatos, qui scilicet ut ipsis pace gaudent, sic & dissidentes tumultuantes, modis omnibus conciliare conantur. Hi nimirum filii Dei vocabuntur, ut qui & ipse pater Deus est, & pacem commendauit omnibus.

Sequitur octauus gradus: Beati qui persequitionem patientur propter iustitiam, quoniam illorum est regnum caelorum. Beatis estis, cum probra iniicerint in vos, etc. Mundus infelicissimos censet patria extorres, spoliatos facultibus, & omnium odij, persecutioribusq; expositos. At Dominus hos hic contrà censet beatos, hortaturque ad exultationem & gaudium: sed eos beatos pronunciat, non qui patiuntur ex merito, veru qui propter iustitiam atque Dominum affliguntur, citra meritum. His promittit mercedem copiosam in celis. tanto nimirum cumulatiorem, illustrioremq; quam maior fuerit affectus.

Hic iam breuiter audiuimus gradus octo, quibus ascendes;

... agereq; possumus ad veram, solidam,
æternamq; beatitudinem. Si itaq; hanc ex animo cu-
pimus, ut meritò cupere debemus, sumus pauperes
spiritu, lugentes, mites, sitiens & esuriens iustitiae.
misericordes, mundo corde, pacifici, & patientes. Sic
enim & nostra merces copiosa in cœlis erit.

IN IDEM CONCIO

SECVNDA.

IN hoc Euangelio scalam certissimam habemus,
per quam ad æternam beatitudinem ascenderunt
omnes sancti Dei, per quam & nos (si quidem beati
cum illis esse velimus) adscendere oportet. Habet au-
tem ea octo gradus distinctos: quoru primus est, pau-
pertas spiritus: secundus, misericordia: tertius, luctus:
quartus, esurie & sitis iustitiae: quintus, misericor-
dia: sextus, munditia cordis: septimus, pax: octauus,
afflictionum tolerantia. Et sanè sic gradus hi compa-
rati sunt, vt omnes ordine, necessarioque ad iustifi-
cationem perfectam spectent: ita vt nemo sine ihs, de-
sui iustificatiōe aut salute gloriari vere possit. Sum-
ma igitur diligentia consideremus singulos.

De primo quidem ad hunc modum dicit Dominus: *Beatis pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum ca-*
~~erum~~ *Hec paupertas spiritualis aliud nihil est, quam*
vera agnitiō peccati, & ex hac abiectio condonna-
tio que sui ipsius: de qua nimis spiritus pauperta-
te loquitur Dominus, Esa. 66. Ad quem respiciam,
nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & tremen-
tem sermones meos? Quisquis ergo ad iustificatio-
nem & spem beatitudinis pertingere cupit, sic pau-
per ante omnia sit necesse est, vt agnoscat in quantum
ex animo, & peccata sua & commeritas penas, & Dei
iram aduersus peccata, ytq; ob id se se & coram Deo,

Ecclorā omnibus hominibus humilitate.

De secundo autem gradu sic porrò Dominus inquit: *Beatis mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Hic gradus ex primo oritur. Qui enim verè peccata sua & concupisca supplicia sentit, is sese quibuslibet hominum iniurijs (quantumuis immerito sibi illatis) ducit dignum, ideoque leniter & citra vllam indignationem eas sustinet: cogitans, se longè grauiora commisisse ac commeruisse: timensque, si talionem reddiderit, & Deum motu sibi talionem redditurum. Si igitur videli volumus vere agnouisse peccata nostra & humiles esse spiritu, simus mites, ne vlciscamur nosipso, condonemus noxam lædenti, vincamusque in bono malum. Sic enim futurum est, vt nec nos pro merito nostro puniturus sit Deus, sed transferat tandem in terram viuentium.

Cæterū: tertius gradus sequitur nunc, & sic habet: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Et hic gradus ex primo dimanat. Qui nanque intime peccata agnouit, & immensitatem ire diuine serio expendit, quid is aliud potest atq; flere & scindere cor suum exemplo mulieris peccatricis. *Luc. 7. Petri. Luc. 22. Davidis. Psalm. 6. 37. 101.* Lugeamus itaq; & nos ob peccata nostra, si sapimus, siq; consolationis diuinæ participes fieri velimus. Cor nanq; contritum & humiliatum Deus non despiciet. *Psalm. 50.*

Gradum vero quartum sic reddit porrò Dominus: *Beatis qui esuriant et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi satiabitur.* Non satis est ad consequendam iustificationem, vt agnoscamus peccata nostra, & ob ea lugeamus: sed summe necessarium est, vt hæc esurias, sitiisque iustitiae accedat, hoc est, vt ad Iesum Christum iustitiam nostram in conscientia pauoribus confugiamus, iustitiaeque & meritorum eius fiducia & ore-

mus &

mus & speremus cibum, potumque spiritualem, remissionem inquam peccatorum. Quare & ad hunc gradum descendamus nos semper, ne in desperationis barathrum incidamus.

Sed audiamus nunc & quintum: *Beatis misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Hic gradus & regnum etiam tres, fructus nobis poenitentia dignos, seu veræ iustificationis effectus proponunt. Mera nō mirum, & gratuita misericordia est, quoties remittit nobis poenitentibus & credentibus Deus peccata. Immo quicquid præterea nobis vel etiamnum donat, nil nisi misericordia est. Par igitur est, ut quæadmodum ille copiosa erga nos vtitur misericordia, ita & ipsi misericordes viciissim simus erga proximos nostræ ope indigentes. Ut autem æquum huc nos horari debet, sic multò magis sequutura vtilitas. Nam si nos misericordes simus, eam misericordiam Deus longè copiosiori misericordia compensabit. Quare & hic desudemus impigrè.

Sequitur verò gradus sextus: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* In remissione peccatorum seu iustificatione mundantur per fidem, & spiritum sanctum corda nostra, quæ alioqui naturâ immunda sunt. Iam non satis est, semel mundatum esse, sed & acceptam munditiem tueri oportet. Nam quid prodelt sui quod lata sit, si statim reuertatur ad volutabrum luti? Mūdati ergo nos, mundi ab inquinamentis scelerum maneamus; immo ipsum Deum oremus sedulò cum Davide, ut magis, magisq; lauet nos ab iniquitatibus nostris, cor mundum creet in nobis, spirituque spirituali confirmet nos. Psalm. 50.

Vècum & septimum gradum audiamus iam: *Beatis pacem, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur.* Iustificati fide, pacem habemus erga DEUM per Iesum Christum

Domi-

Dominum nostrum, qui est pax nostra. Rom. 5. Ephe. 2.
 Vultigitur Christus, ut quemadmodum ipse pacificauit nos, ita & nos alios porrò pacificemus: non eos solum qui alios læserunt, sed & qui nos ipsos. Si autem inter alios dissidentes sarcire concordiam debemus: facile videre est, nos & in nobisipsis cupidatum omnium malorum rebellionē cōpescere optere, cumq; omnibus viuere in pace. Nam quomodo alioqui pacificabit alios, qui ipse pacē seruare negant?

Restat autem gradus octauus & ultimus: Beatis qui perseguitionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum etiam regnum celorum. Et. Carissimè constituit Christo iustificatio, & reconciliatio nostri, ut qui innumera gravissimaque ob eam immerito peruersus sit. Non igitur durum nobis esse debet, si & ipsi in eius gratia à malis hominibus indignè affligamur, quippe qui (si meritorum nostrorum haberetur ratio) non temporalibus modo, sed & æternis passionibus essemus digni: qui que tamen pro breuissimi temporis afflictionibus, copiosissima mercede, nēpe gaudijs nunquam perituri remunerandi sumus.

Iam verò, quod reliquum est, ascendamus omnes pro virili per dictos gradus, quò sic ad æternam beatitudinem peruenire possimus. Sed quia nemo venit ad patrem nisi per supremam scalam Christum, hucus opè ante omnia imploremus, dicentes cum sponsa mystica: Trahe me post te. Cantic. I.

FERIIS D. MARTINI EPISCOPI, IN EPISTOLAM CONCIO,

Ecclesiasticus magnus, qui in diebus suis placuit Deo, &c. Eccles. XLIIII.

Hoc sa-

IN EPISTOL. CONC.

HOC sacerdotale encomijon, secundum literam
Iudaicam Aaroni & Phinee insignibus illis aperte
Israëlitas pontificibus, ad æternam ipsorum memo-
riam, à Syracho nostro dedicatum est, vndeque & om-
nibus sanctis Episcopis ac Sacerdotibus apud nos
Christianos, quoties illorum solennitates apimus,
porro nuncupatur, ut qui & ipsi sacerdotio sancto
functi sint, ac proin laudem mereantur sempiter-
nam. At vero secundum genuinum, internum, & my-
sticum sensum, in neminem iustus, ac verius compa-
tit, quam in illum solum, quem omnes pontifices
& sacerdotes veteris testamenti prefigurarunt, quæ-
que testameti nostri antistites semper sedulè sunt imi-
tati, nimis igitur Christum seruatorem nostrum,
ad quem sic Pater celestis medio iuramento locu-
tus est: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Nam is omnia in se absolutissi-
mè expressit, quæ hic commemorantur. Sunt autem
duo praesertim, à quibus noster ille Sacerdos lauda-
tur. Alterum est, vita & opus: alterum vero, finis &
præmium. De utroque vero paucis agemus: vos in-
terim animaduertite.

Quod ad prius, vita nimis & opus nostri sum-
mi pontificis, attinet, sic inquit Syrach: Ecce Sacerdos
magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuenitus est iustus,
& in tempore iracundie factus est reconciliatio. Non est inueni-
tus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Multi fuerunt
pij in utroque testamento, qui Deo placuerunt: ve-
rum nulli ita, quemadmodum noster Sacerdos Ie-
sus. Nam quotquot illi placuerunt, in hoc & propter
hunc placuerunt illi: at hic illi placuit propter se-
metipsum, vnde & sic de illo in Euangelio testatus
est: Hic est filius meus charissimus, in quo mihi com-
placitum est. Fuerunt & plerique iusti, qui iustitiam
anxiè

et coluerunt, & conseruarunt Dei legem: sed nulla & tanta perfectione, atque ipse. Illi enim ex ipso iusti fuerunt & coluerunt iustitiam: illi per hunc & huius auxilio legem conseruarunt. Nam ipse ipsissima omnium iustitia est, & finis legis ad iustitiam omni credenti. Verum ipse per semetipsum fuit, & est iustus, adeo ut peccatum non fecerit, nec inuenitus sit dolus in ore eius. Ipse item per semetipsum legem excelsi conseruauit, adeo ut ne vnum iota aut vnum apex sit in lege, quem illi non perfectissime impluerit. Fuerunt etiam quidam piorum, qui iram Domini precibus assiduis mitigauere, veluti Abraham, Moses, Iosua, & Prophetæ: verum nulli tanto fructu, quam noster sacerdos. Nam illi pro vna atque altera gente interpellarunt, noster autem pro omnibus: illi pro expiatione obtulerunt sanguinem hincorum & vitulorum, at noster semetipsum & proprium sanguinem Deo patri obtulit: illi aliquando non exauditi sunt, at noster exauditus est pro sua reverentia, & æternam redemptionem inuenit. Hebr. 5.9. Atque hec de priore,

Iam vero quod attinet ad posterius, finem nem. pe & præmium eiusdem nostri sacerdotis, sic porrò Syrachus inquit: ideo irreiurando fecit illum Dominus creare in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmauit super caput eius, &c. Quia ille sic Deo patri placuit, iustusque inuentus est, & omnium factus est reconciliator, hunc vicissim illi pater honorem detulit iuxta humanitatem, ut factus sit caput suæ plebis, hoc est, totius Ecclesiæ: omnium item tum Iudæorum tum Gentium benedictio, atque ita diuini testamenti obsignaculum: adhuc magnificatio in conspectu regum, & corona gloria, adeo ut in nomine ipsius omne genu flectatur

228

cœlestium, terrestrium, & inferorum, & omnes conſtantur quod sit in gloria Dei Patris, omnium Dominus, iudex viuorum & mortuorum. Quæriamus certe de his omnibus testimonia? Audiamus Paulum Colos. I. Ipſe (inquit) est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipſe primatum tenens. Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœliſ sunt. Audiamus & Petrum, Acto. 4. Hic est (inquit) lapis reprobatus a vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in alio quopiam ſalutis. Et Acto. 10. Veſtibulum misit Deus filiiſ Israeļ, annuncians pacem per Iesum Christum: hic est omnium Dominus.

Amplifica.

FERIIS D. MARTINI EPISCOPI,
IN EVANGELIVM
CONCIO PRIMA.

Sunt lumbi vestri præcincti, &

Luca XII.

IN hodierno Euangelio docet nos parabolice Dominus, quoniam pacto noſmet dignè ad iphiſ aduentum, hoc est, mortis horam, & diem nouissimum parare debeamus. adeoque quid nos debeat commovere potissimum, ut studioſius noſmet paremus.

Sic principio inquit: *Sunt lumbi vestri præcincti, & lumen accense.* Hanc parabolam à viatoribus nocturnis sumpliſ. Nam hi, ne remorari a fieroribus & rubis patiantur, omnium primo vſtimenta ſua præcingunt: mox vero ne qua impingant aut a ſemita deflectant, lumina ſeu lucernam gestans in manibus. Iam ſumus nos viatores ſpirituales,


adeoque viatores nocturni, hoc est, vita nostra perpetuus cursus est, & progredimur usq; de die in diē, quemadmodum viatores de miliari in miliare, sicq; iter nostrum noctu, hoc est, in caliginoso, cæcoque mundo. Vult igitur Dominus noster, ut & nos (viatorum more) preçingamus lumbos nostros, luminaque gestemus in manibus, hoc est, ut animos nostros cohibeamus, subducamusque à stercoribus peccatorum & sentibus voluptatum huius mundi, ac contrà in fide vera vitam agamus pudicam, sobriam, iustam, sanctamque. Nam per præcinctiōnēm lumborum, peccatorum, voluptatumque constrictio seu resistentia intelligitur. Per vero lucernas accensas, bona opera (fide nimirum lucida & charitate feruida) intelligenda veniunt. Sensus itaque est: Si dignè ad Domini aduentum parare nos velimus, ante omnia à peccatis abstinere & innocenter contrà viuere nos oportet.

Sed num hoc sufficit? Audiamus portò Dominum: Et vos (inquit) similes (estote) hominibus expellantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis, ut cùm veneris ac pulsauerit, confestim aperiant ei. Hęc parabola à seruis fidelibus petita est. Nuptiæ antiquitus noctu peragi solebat, oportebat igitur seruos vigilare, & expectare dominos suos per totam noctem. Sic nimirum & nunc spiritualiter agitur inter Christum Dominum nostrum atque nos ipsius seruos. Est & ipse profectus ad nuptias, hoc est, ascendit ad cœlos, sedetque ad dextram Patris, & fruictur cœlesti, diuinaque gloria: at inde tandem redditurus est ad iudicium, idque in hora mortis inuisibiliter, & nouissimo die visibiliter. Quum ergo nos omnes simus serui ipsius, oportebit sanè & nos vigilare, expectare que ipsuni sedet. Vigilabimus autem & expectabimus eum, si à peccatis

catis deflectamus & iustitię vivamus, non oscitanter
ac mediocriter, sed summa diligentia, quantum in
nobis est, constanter ac perseveranter.

Audiuius ha&enus breuiter laborem nostrum:
verum iam & præmium consequeturum audiuius:
Beati (inquit Dominus) serui illi, quos quum venerit Domi-
nueris vigilantes: Amen dico vobis, præcinctus & fas-
ciet illos discubere, & transiens ministrabit illi. Hic Do-
minus vigilantes pronunciat beatos, atque ne quis
beatitudinem hanc imaginariam censeat, addit mo-
dum beatitudinis: nimirum, se (ut pote Dominum)
collocaturum suos ad mensam, & ministraturum ip-
sis, hoc est, æternam eis concelebrum requiem, & sua
ipsius donaturum eos gloria. Ex his autem verbis
colligere facilè possumus, quantoperè sitiat Domi-
nus salutem nostram, ut nempe saluemur: colligere
quoque possumus, quanta ipsius erga nos sit libera-
litas. Etiam si fecerimus maxime omnia, quæ & hic &
alibi nobis præcipit, nihil tamen deberetur nobis.
Nam omnia nostra benefacta plus quam satis à Do-
mino nobis ante refusa sunt. Neque nostra illi opus
est beatitudine. Nam sine nobis & ab æterno regna-
uit & porrò regnare potest. Attamen pollicetur no-
bis æternam felicitatem, tanquam præmium, ac si no-
stris iustitijs quid possemus mereri: & adeò beatos
nos esse cupit, ut & suum nobis offerat ministerium,
velutq; ministrare nobis tanquam seruis Dominus,
quum tamē nos ipsi ministerium re vera debeamus.
Tantum igitur, tamque liberale præmium nos mer-
ito extimulare omnis debet, ut alacrius studiosius-
que spirituales nostros lumbos præcinctamus, ha-
beamus lucernas accensas, vigilemusque & expecte-
mus Dominum.

Caterū dicat hic quispiam: Audio quidē præmij



magni-

magnitudinem & summam Domini erga nos munificientiam: verum quis semper habere potest præcinctos lumbos & accensas lucernas? quis ut semper vigilare & expectare sic Dominum potest? In multis enim offendimus omnes, & nemo purus à peccato est. Ad hoc ergo sic responderet consequenter Dominus: Et si veneris in secunda vigilia, et si in tertia vigilia veneris, atque ita inuenieris, beatis sunt seruit illi. His verbis patientiam & longanimitatem suam nobis commendat. Et si iure optimo nos omni tempore paratos esse oportet in prima vigilia, in secunda, & tertia, hoc est, in ipsa pueritia statim, in adolescentia, & in senectute: tamen adeò clemens & longanimis est Dominus, ut quos non inuenit per omnia paratos in pueritia, cum his sit patiens usque ad adolescentiam: & quos nec in hac paratos inuenit, eos toleret usque ad ultimam senectutem. Si igitur cessauimus hactenus aut lapsi sumus, surgamus resipiscamusque vel adhuc, nondum enim ferò est, quandiu differt aduentum Dominus, spes est salutis.

Verum quia nescimus interim, quando potissimum venturus sit: & præstat igitur & utile atque necessarium est, ut semper vigilemus, paratiique simus. Ob id nimis & Dominus subiungit: Hoc autem scitote, quod si serres patens familius qua hora sur esset venturus, vigilares utique, & non fineret perfodi domum suam. Et igitur estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Tam timente homines opibus suis terrenis, ut ob has vel totas noctes insomnes ducant, ne se dormientibus irrumpant fures, & eas furentur. Quanto magis nos sollicitos esse oportebit, ne opibus spoliemur aeternis ac celestibus? Vigilandum igitur nobis est perpetuum, semper inquam studendum iustitiae & pietati, ne dies Domini (qui tanquam sur-

In nocte veniet nos imparatos obruat. Atque ne hic
caussemur nostram impotentiam, quam plurimos
habemus praedecessores, ipsos Apostolos, Martyres,
Confessores, Virgines, & viduas, atque inter hos ip-
sum etiam Martinum, cuius hodie memoriam agi-
mus. Et hi omnes ob id præcesserunt nos, & glaciem
procederunt, ut eos imitemur, eademque tandem
cum ipsis fruamur gloria.

Agite igitur, consilium saluti nostræ, Christi
Domini nostri monitis obediamus, & sanctos eius
sedulò imitemur.

IN IDEM CONCIO

SCVNDIA.

Avidius in Euangelio hoc interalia de servis ^{Anno 35} Domini
vigilantibus, expectantibusque Dominum
suum à nuptijs reuersuram. Atqui in horum feru-
rum albo & D. Martinus, cuius hodie Ecclesia an-
nuam agit memoriam, sicut: qui & ob id collatus
nunc est a DOMINO suo ad mensam suam, deli-
cijisque & gaudijs fruitur nunquam sitiendis. Non
inepte igitur idem hoc Euangelium in præsentia in
filius laudem publicitus in Ecclesia legitur & nobis
proponitur.

Est autem illud torum parabolicum ac allegori-
cum: sumptum nempe à priorum moe, qui noctu
celebrabant nuptias Sed paucis singularum partium
sensum mysticum indagavimus, ad Dei gloriam, &
nostræ doctrinam.

Dominus quidem, qui nuptijs interesse dicitur,
DOMINVS noster IESVS Christus est. Nuptiæ
autem cœlestia sunt gaudia, ad quæ ille per adscen-
sionem suam introiuit. Seru vero, sumus omnes nos-
cuiuscunque sumus vel sexus vel conditionis: quum

QQQ.

enim

242 FER. D. MARTINI EPISC.
enim vanundati essemus per chirographum peccati Diabolo, redemit ille nos, fecitque nos sibi peculium. Coloss. 2. Tit. 2.

Cæterum nox, potestas est tenebratum, mundi maligni summa peruersitas, finis temporis gratiæ. Luc. 22. Ioan. 3. 9. At redditus Domini à nuptijs Christi aduentus est ad iudicium: spiritualis quidem, in hora mortis: corporalis verò & non inuisibilis, in nouissimo die. Incertus autem Domini redditus, & horæ mortis & diei nouissimi incertitudinem significat.

Iam quod Seruator noster hortatur nos ad lumborum præcinctionem, ad lucernarum gestationem, & ad vigilantiam expectationemque sedulam: eo alius respexitque, tum ad viatores nocturnos, tum ad fideles seruos ad Domini sui aduentum paratos. Nā solent nocturni viatores præcingere lumbos, ne vel stercoibus conimaculentur, vel à sentibus remoren tur, vtque sic expeditius iter confiant: solent item ijdem gestare lucernam seu faciem, ne à via regia aberrant, aut qua impingant: sic & fideles serui, noctu foris agente Domino, vigilare ac omni momento expectare illum sedulò consueuerunt. Vult igitur Dominus noster, vt & nos præcinctos habeamus lumbos, gestemus lucernas ardentes in manibus nostris, vigilemusque & expectemus se omni momento à nuptijs cœlestibus reuersurum.

Nox scilicet adest, immò magis horribiliusque ex totum mundum indies occupat: hoc est, totus mundus in maligno positus est, refrixit charitas, nutat ac labascit fides, euanuerunt tantum non virtutes omnes, abundauitq; interim iniquitas multorum. 1. Ioan. 5. Matth. 24. ideoq; meritò sanè dicit Paulus, dies esse malos, instareq; periculosa tempora. Ephie. 5. 8. Tit. 3. Veniet autem Dominus certo in nocte hac:

& ve-

& veniet quidem eo tempore, quando longissimè adhuc abesse ipsum putabunt homines mundani. Marc.13.1. Thess.5.2. Pet.3. Apocal.3. Si igitur consultum nos saluti nostræ volumus, in omne procastinationem ponamus, quamque primum & egrediamur Domino nostro obuiam, & ad ipsius aduentum, pulsumque vigilemus oportet.

Sed istuc ut fiat feliciter, primò omnium lumbi nobis nostri sunt præcingendi, hoc est, à peccatorum fôrdibus, aque spinis carnalium affectuum abstinerre nos necesse est. Iacob.1. 1.Pet.2. atque ideo & corpora nostra ieiunijs, vigilijs, ac continentia, alijsq; exercitijs carni ingratis, macerare, castigareque oportet. 1.Corinth.9. Galat.6. Non satis vero est, vt lumbi nostri præcincti sint, hoc est, vt non peccemus: sed & lucernis contrà accensis instructi simus necesse est, lucerna nimisrum verbi Dei, luce veræ fideli, & luce bonorum operum. Psalm.118. Ioan.12. Matth.5. Nam cui hæc non adsunt, is cæcus est, & manu viam tentans. 1.Pet.1. Ideoque non tantum scriptum est: declina à malo: sed & additur statim: & fac bonum. Psalm.32. Esa.1. Atqui neandum satis nobis esse debet, vt lucernas huiusmodi gestemus nostris in manibus: sed addendum etiam hoc, vt vigilamus, expectemusque gnauiter ad ipsum usque Domini nostri reditum. Videamus enim, etiam si quis lucernis accensis noctu vel instructissimus sit, si tamen is somno indulget, excidere illas è manu ipsius, sicque mox extingui: ita videlicet, etiam si & nos quām pientissimam arripuerimus vitam, si tamen dormiamus, hoc est, omnem metum ponamus, & agamus securè. peribit mox omnis nostra pietas. Ante omnia igitur vigilandum, & expectandum nobis est citra intermissionem, hoc est, perseuerandum

QQQ 3 est,

est. cumque metu actremore salus nostra operanda,
Scriptum enim est: Nemo coronabitur, nisi qui legi-
timè certauerit. 2. Timoth. 2. Et: Qui sustinuerit usq;
in finem, hic saluus erit. Matth. 24.

Porrò autem si vigilantes nos inuenerit Domi-
nus, præcinget se, faciet nos discubere, transiensq;
ministrabit nobis, hoc est, pro officio, quod alioqui
debemus ex æquo, amplissimam nobis mercedem
reponet: omnia nimirum corporalia, spiritualiaque
bona hic suppeditaturus nobis affatim, denum ad
mensam suam coelestem nos eternis gaudijs, delicijs
que fruituros collocaturus. Contrà verò si dormien-
tes, cœlantesque nos offendit ille, dissecabit nos,
partemque nostram ponet cum hypocritis, vbi erit
ploratus, & stridor dentium. Matt. 24. Si sapimus ita-
que, ne cœlamus vnquam in hac vita: sed ita viua-
mus, quasi dies ille Domini hodie sit venturus. Im-
prouisus enim obrepet: & vbi semel venerit, iani seru-
erunt sarcire superiorem somnolentiam. Quare per-
petuò parati simus, instructi bonis operibus, ab om-
nibusq; mundanarum rerum impedimentis expediti,

FERIIS PRAESENTATIONIS MARIAE, IN EPISTOLAM CONCIO PRIMA.

*Ego quasi vitis fructificans suauitate in odoris, et
flores, &c. Ecclesi. XXIIII.*

AD hanc Lectionem probe & cum fructu intelli-
gendam duo nobis cùm primis obseruatu ne-
cessaria sunt. Primus est, quæ nam sit persona lo-
quens: alterum, quis verborum sit germanus sensus.
Quod ad loquentis quidem personam attinet, existi-
mauerut ordinatores (et videtur) verba hæc sanctissi-
mam matrem virginem loqui, ac proinde ipsius so-

lius personæ esse attribuenda: quum presertim inter
cetera in ijs habeatur. *Ego mater sum pulchra dilectionis,*
&c. Vnde etiam adducti sunt, ut hodiernæ testiuita-
ti accommodaret. At scriptura testatur contra. & id
apertissime, loqui ea Sapientiam, ac proinde huic
vni accepta serenda esse. Sic enim initio eius capitit
Syrach inquit: Sapientia laudabit animam suam, &
in Deo honorabitur, & in medio populi sui gloria-
bitur, & in Ecclesijs altissimi aperuet os suum. Chi-
stiani vero nullam Sapientiam loquentem agnoscim-
us preter eam, de qua D. Paulus 1. Cor. 2. in hac ver-
ba dicit: Ex Deo es in Christo Iesu, qui factus est
nobis sapientia. Quare & nos iam hæc ipsa verba de
hac sapientia, nempe Iesu Christo, & intelligemus
& ipsius gratia explicabimus: sic tamen, ut huius Sa-
pientiæ matrem Mariam minime excludere veli-
mus. Hæc breuiter de priori, loquentis nempe perso-
na, præfata sufficiant. Nunc porro alterum, nimis
rum verborum gerinanum: sensum ac fructum, cum
compendiose tum luculenter explicabimus. Hic igit-
ur maximè attentas præbete aureis. Nam quum ip-
sa Dei sapientia loquatur, colligere facile est, ipsam
non stulta, non vana, aut leuia, sed ardua & sapien-
tia proposituram. Duo autem peculiariter propo-
nit. Primo, quid ipsam & sit & posit deinde & qui
sunt eius discipuli, & quid ipsis sit datura.

De priori sic inquit *Ego quasi vitis fructiferae suauita-*
tem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego ma-
ter pulchra dilectionis & timoris & agnitionis, & sanctæ spei.
In me omnis gratia vita & veritatis, in me omnis spei vita &
virtutis. Hic primo dicit se esse vitam fructiferam, ma-
trem omnium virtutum, viam, veritatem, & vitam. Quod
autem hæc Epitheta vni huic sapientiæ, Iesu Christo,
tribui debeant, testatur ipse plus satis in Euani-

gelio. Sic namq; dicit Ioan.15. Ego sum v̄tis v̄era , & pater n̄us agricolæ est . Item ibidem: Qui manet in me & ego in eo,hic fert fructum multum , quia sine me nihil potestis facere. Item Ioan.14. Ego sum via, veritas , & vita . nemo venit ad patrem nisi per me. Sed iam cōsideremus, quomodo declarauerit se esse vitam, matrem omnium virtutum,viam,veritatem, & vitam. Vitis quidem principiō in terram demittitur , vt inde tum efficaciū & commodiū exurgat, fructificet, & floreat . Ad hunc modum & eterna illa v̄tis , vnigenitus Dei patris filius ac Deus ipse Iesus Christus seruator, propter nostram salutem semet demisit in terra sanctificatum ab eterno , hoc est,in vterum benedictę, sanctissimę, castissimęq; virginis ac matris Mariæ , vt inde veluti sponsus prodiret de thalamo suo,vt inde veluti flos exurgeret, fructificaret; vniuerso hominum generi fructus honoris & honestatis. Huc iam sensum cōfirmat David Psal.84. Benedixisti (inquit) Dñe terra tuā, auertisti captiuitatem Iacob. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatę sunt . Veritas de terra orta est, & iustitia de celo prospexit. Dominus dabit benignitatem , & terra nostra dabit fructum suum. Hæc vero terra sancta non simo corporali , & lapidibus oīstuis obducta est , sed simo spirituali,nempe gratia,spiritus sancti obumbratione, virtute altissimi, lapidibus fidei,& charitatis. Vnde & angelus ad eam inquit Luc. 2. Aue gratia plena, Dominus tecu, benedicta tu inter mulieres : Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Verum vt reuerteremur ad vitam nostram: Posteaquā v̄tis in terra demissa est probeq; saginata,tandem pr̄dit etiam & conspicua fit : Ita quoque vera v̄tis Iesus Christus, quum per tempus aliquod in terra sua, in ytero in-

qua

quam matris suæ quieuisset, tandem prodijt, factus, que est conspicuus, hoc est, homo natus est. Huc sensu confirmat propheta Baruch cap. 3. *Hic (inquisens) est Deus noster, & nō æstimabitur aliis aduersus eum.* Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illâ Jacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hanc in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est. Item Angelus Lvc. 1. Annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodiè saluator, qui est Christus Dominus.

Iam vbi sic vitis prodierit, mox gemmis eductis florescet: ita & nostra vitis Iesus Christus vbi adoleuisset, erupit statim in flores, produxit flores charitatis, timoris, agnitionis, & sanctæ fæi, dum cœlesti illam philosophiam prodidit mortibus, dum omnibus male habentibus benefecit, dum veram Dei cognitionem homines docuit, dum spem æternæ vitæ in se creditibus pollicitus est: hunc sensum omnes Evangelistæ constanter affirmant.

Cæterum omnibus in vite sic absolutis, tandem in vuis profert vinum mortalibus: Sic & vitis nostra Iesus Christus, quum flores hic produxisset flagrantissimos, tandem & vinum protulit verè exhilarans cor hominis, hoc est, remissionem nobis largitus est peccatorum, filios nos fecit Dei, & cœlestis denique hæredes cati fecit consortes. Ibi verè declarauit, se esse unam viam ad Patrem, ipsissimam veritatem, æternam vitam per ipsum solum patere. Hoc autem vinum expressum est ab initio passionis eius usque ad vitæ finem: du scilicet in horto sudauit aquam & sanguinem, dum in domo Pilati flagellatus & spinea corona perfoctus est, dum denique in cruce clavis vulneratus est, & aperto latere sanguinem fudit & aqua in remissionem peccatorum nostrorum. En fratres

QQQ cl-

charissimi, sic declarauit se verè esse vitem, fontem
omnium virtutum, viam, veritatem, & vitam. Non
itaq; iniuriā huiusmodi sibi epitheta hic attribuit.
Hęc iam de priori huius Lectionis parte dicta sint.

Nuc veniemus ad posterius. De hoc igit; ut sic por-
tò inquit: Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a ge-
nerationibus meis adimplebitur. Spiritus enim meus super
mel dulcis, & hereditas mea super mel & fons. Memoria
mea in generationes seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient,
& qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audiunt me, non confundea-
tur, qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, via
etiam eternam habebunt. Hic primo dicit, eos suos esse
discipulos & bonorum suorum consortes, qui se co-
cupiscunt, qui se edunt & bibunt, qui se audiunt, qui
in ię operantur, qui denique se elucidant. His expli-
candis non nihil immorabitur. Quinam illum con-
cupiscant, non aliunde clariū, quām à simili per-
discemus. Quisnam quælo concupiscit medicum? Non certe sanus, sed valetudinarius, nec quilibet va-
letudinarius, sed ille solum, qui morbi suum agno-
scit & eo cupid liberati: Sic nemo etiam concupiscit
hanc sapientiam verè, nisi qui suam ipsius stultiti-
am cognoscit: nemo concupiscit huius vitis vi-
num, nisi qui esurie & siti premitur: nemo concupi-
scit hanc omnium virtutum matrem, nisi qui se om-
nibus vitijs contaminatum fatetur: nemo concupi-
scit hanc vitam, nisi qui se aberrasse videt & reduci-
cupit: nemo concupiscit hanc veritatē, nisi qui suū
agnoscit mendacium: nemo denique concupiscit
hanc vitam, nisi qui se in morte ipsissima versari vi-
det. Si nos igit; vere Christi discipuli & consortes
esse volumus, ante omnia nostram miseriam, nostrā
infirmitatem, nostrum errorem, nostra peccata ag-
noscamus opentes, & vniuersi ipsius gratiam, miseri-
coria

cordiam, auxilium, consolationem desideremus nos.
telle est. Iam qui ipsum edant & bibant. testatur ipse
met Ioan. 4. & 6. nimis, qui credunt in ipsum, qui
certo sibi persuadent ipsum carnem suam pro ipsis
tradidisse, sanguinemque suum pretiosum fuisse in
remissionem peccatorum. Si itaque & nos Christi di-
scipuli ac confortes esse volumus, in ipsum constan-
ter credamus, & omnia bona de ipso nobis pollicea-
musr oportet. Sic vere ipsum & edemus & bibemus, &
saturabimur. Porro qui ipsum audiant & in se ope-
rentur, ipse met testatur Ioan. 13. Mandatum nouum
do vobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos, ut &
vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes
quod discipuli mei sitis, si dilectionem habueritis
ad inuicem. Si ergo & nos Christi esse volumus disci-
puli, sic verbum ipsius, nempe præcepta, audiamus
necessitatem erit, ut diligamus mutuò & honestam con-
uersationem agamus. Postremò qui ipsum elucidet,
hoc est, imitantur, testatur satis bene D. Petrus 1. cap.
2. Christus passus est pro nobis, relinquens vobis ex-
emplum ut insequamini veltigia eius, si igitur verè
ipsius discipuli esse cupimus, cum ipso etiam patia-
murus & moriamur oportet. Sed quid præmij huius-
modi discipulos manebit? quid mercedis illis datu-
rus est? Non solum satis habebit, quod semel illos
redemerit sua passione à peccato, morte, & Sathanam,
transtuleritque in adoptionem filiorum, & regni cœ-
lestis contubernium: verum etiam insuper do-

nabit illos hic spiritu suo, reficiet omni-

bus bonis, defendet ab omni malo,

coseruabit a peccatis, & tandem

eternam vitam largietur.

Amplif.

Repet. & hortar.

Qui Lectionem hanc Syrachi ad hodiernam fer-
munitatem detulerunt, videntur intellectuisse
eam de Maria virgine, quum præsertim loquens per-
sona in fœminino genere apud Sapientem loquatur.
Et non incômodo profectò in Domini matrem trâs-
ferri ea potest, modo tamen rectè omnia secemus,
Nam haec tenus quidem est utique dicenda Maria vi-
tis fructificans, quod protulit vinum illud omnium
& nobilissimum & fragrantissimum, quod & Deum
ipsum & angelos & omnes pios vnicè exhilarat, né-
pe filium Dei Iesum Christum Dominum nostrum,
qui fructus, flosque est omnis honoris, ac honestatis:
hic quoque haec tenus vocari Maria non inepte potest
mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis,
& sanctoræ spei, quod genuerit filium dilectionis, dilec-
tiissimum inquam Dei patris filium, qui verum Do-
mini timorem nos docuit, immò qui ipse est paucor
noster, per quem & Deum & veritatem cognouimus,
in quo summa etiam salutis nostræ spes nobis est si-
ta. Sic denique & haec tenus omnem gratiam viæ & ve-
ritatis, spemq; vitæ, ac virtutis omnem fuisse in Ma-
ria dici potest, quod illum in utero suo gestauerit,
qui est via, veritas, resurrectio, iustitia, redemptio
& vita.

Cæterum ultra & supra hæc (quæ iam diximus)
non possunt præsentis Epistolæ verba Mariæ salua
Scripturæ maiestate apte tribui. Nam certum est ex
Syrachq; eternam Dei Sapientiam esse personam lo-
quentem: quæ videlicet non ipsa Maria est, sed Ma-
ria filius, qui factus est nobis Sapientia à Deo, in quo
& omnes thesauri sapientiarum, scientiarumq; sunt recon-
diti.

diti. 1. Corinth. 1. Coloss. 1. atque hinc adeò nihil de-
cedit Matris virginis honori, vt & plurimum acce-
dat, quippe quæ filij sui honorem reputet pro suo
ipsius honore. Estigitur Christus reuera vitis fructi
ficans, quemadmodum & ipse se vitem veram in Eu-
angelio vocat. Ioan. 15. idq; duabus potissimum de-
caulis: pr:mò nimirum, quod quemadmodum viti-
dat vinum, ita & ille pro nobis dederit effuderit quo
sanguinem suum, ac in eo lauerit nos à peccatis no-
stris: secundò autem, quod quemadmodum palmi-
tes non possunt extra vitem fructum ferre, sic nec
nos citra illum & eius gratiam quid boni facere pos-
simus. Est item Christus vere mater pulchræ dilecti-
onis & honoris & agnitionis & sanctæ spei. Ab ipsa
enim omnes virtutes promanant, per ipsum appa-
tuit charitas Dei erga nos, per ipsum accepimus spu-
ritum dilectionis & timoris Domini, per ipsum ad
agnitionem Dei ac veritatis venimus, in ipso deni-
que spem, hereditatemq; habemus & sortimur vita
eternæ. Est ergo & omnis gratia vita ac veritatis,
omnis quoque spes virtutis & vita in Christo. De e-
ius nanque plenitudine & accepimus & hodie eti-
amnum accipimus omnes gratiam pro gratia. Ioan.
1. Ipse est via in doctrina, veritas in promissis, virtus
in tribulationibus & angustijs, vita in præmio. Ioan.
15. Nemo potest venire ad patrem, nisi per hunc. Quis
itaque in hoc tanquam cornu copiæ longè uberrimo
habeamus onus, quæ vel expetere possumus,
vel necessaria nobis esse possint: agè transleamus ad
illum omnes. Vocat enim nos, inquit: Transite
omnes qui concupisces me, ex à generationibus meis ad me
plemiss. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea
super mel & fons. Et clarus adhuc apud Matthæum,
sed in eandem prosul sententiam. Vetus ad me omnes

qui laboratis & onerati estis, & ego reficiō vos. Iugum animi
meum suave est, & onus meum leue: ~~et~~ misericordia humilis
terre. Nihil in mundo vniuerso tamē vel dulce vel amē
num est, quin fatigatio & naufragio tandem sequatur: verū
Christus contrā tamē dulcis ac suavis omnino est, ut
spiritum edentes sint esurituri adhuc, & ipsum biben-
tes sicuti adhuc: sed sic tamē etiū tertiū ac sicuti, ut
neq; etiū neq; sicuti in æternū. Vnde nempe
in Euangelio sic ipsemet clamat: Si quis sit, veniat
ad me, & bibat. Qui venit ad me, non esuriet: & qui
credidit in me, non habebit vñquam, Ioan. 6. & 7.

Transeamus igitur ad illum omnes, edamus hunc
panem vnum, & bibamus ex hac aqua saliente in vi-
tam æternam: hoc est, credimus in ipsum, ad ipsum
vnum in omnibus necessitatibus nostris confugia-
mus, vnicè illo nitamur. Verū interim audiamus
etiam illum, hoc est, verbum ipsius audiamus, & vo-
luntati eius obsequiamur sedulò: ita enim non con-
fundemur in æternū. Operemur quoq; in illo, hoc
est, non nostra opera, sed ipsius in nobis opera exer-
ceamus. Ita enim peccabimus nunquam. Ipsum de-
nique dilucidemus, hoc est, induamus & vndiquaq;
imitemur. Ita vitam æternam habebimus.

FERIIS PRAESENTATIONIS MARIAE, IN EVANGELIVM CONCIO.

*Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit spiritus
meus in Deo seruatore meo, &c. Luc. 1.*

Habita
p. p.

IN hodierna præsentationis Matris virginis festiū
itate nullam vel Epistolarem vel Euangelicam Le-
ctionem habemus, quæ illi peculiariter conueniat.
Constitui ergo, utriusq; loco, ut & antehac non se-
mel factitauimus, Hymnum Marianum (quem Ma-
gnifi-

gnificat vulgo appellant) in præsentia vobis & pra-
legere & pro modulo nostro interpretari. Elegit au-
teni hunc, non ob id solū ut eum intelligatis ac
magni æstimetis, verū etiam (& in primis quidem)
quod non ineptè ille cum prætentis festi historia cō-
tentiat. Accepimus enim traditione Maiorum, Mari-
am (puellam adhuc trimam) in præsentatione sui
quindecim gradus ad templum Hierosolymitanum
ducentes per se solam tranicendisse. atqui in hoc ca-
tico treis quidem duntaxat transcendit illa gradus:
verū longè quindecim illis sublimiores, & in qui-
bus omnium salus consistat. Si igitur cui mirum vi-
detur, quod tantilla puella quindecim extenos gra-
dus sola superare poterit: is multò magis miretur,
quod iam dictos tres gradus spirituales cōscenderit.

Sed audiamus quinam sint gradus isti: tres, de qui-
bus loquimur. Sunt nimurū ij, Dei misericordia,
Dei potentia, & Dei veritas. Hos enim tres beneficis
Dei progressus seu effectus & agnouit illa & lauda-
uit in suo hymno: quos eostē & a nobis agnoscit, lau-
datq; oportet, si summū cœlesteq; Dni templū ingre-
di ac possidere cu ea æternū velimur. Cōsideremus i-
gitur nunc quām diligentissimè, ecquemodo illa
Canticum suum & inchoauerit & prosequuta sit.

Sic quidem ait virgo sanctissima initio *hymnus*
animæ meæ Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo foli-
tar meo. Hic talem omnino laudandi, exultandi
que modum audimus, quem totus mundus ignorat,
nec imitari potest. Si enim laudat quempiam, sola
lingua eum laudat: & si exultat, aut in se se aut in re-
bus peritius exultat. Verū M A R I A contraria,
magnificatura Dominum, non lingua tantum (hy-
potitarum more) illum magnificauit seu lau-
dauit, sed & anima ac spiritu, hoc est, ex toto corda,

per

per totam vitam, omnibus & corporis & animi viribus: exultans item, non in se se aut suis meritis, neq; in vllis rebus temporarijs, sed in solo Deo seruatore suo exultauit ac gloriata est. Vide: Sic & nos laudare, exultareq; debemus, si quidem Dei esse videri velimus. Si inquam laudare quid volumus, eum laudemus solum, quem omnis decet laus & gloria, Dominum nempe: & laudemus quidem eum, non verbis duntaxat, sed anima etiam tota, toto nimirum intellectu, omni voluntate, tota memoria, omnibus factis & cogitationibus nostris. Si item exultare & gaudere libet, non externis duntaxat gestibus lætemur, sed & (accum primis) spiritu: & exultemus, non in sapientia aut iustitia nostra, non in generis nobilitate, non in diuitijs aut mundi huius voluptatibus, non in corporis robore, sed in solo Deo seruatore nostro, ad huius vniuers gloriam.

Sequitur autem iam prima causa, quur adeò Maria magnificauerit Dominum, & exultauerit in Deo salutari suo: Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna quis potens est, & sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. His verbis immetiam Domini misericordiam laudat, sicq; primum concendit gradum ad summum Dei templum. Principio autem capit misericordiam diuinam erga se abundè præstitam: mox vero & eam quæ omnibus & quæ hominibus exposita est concelebrat. Dicit igitur, in hoc opulenter Dominum erga se misericordiam suam declaras, quod respexerit ad humilitatem ipsius, hoc est, quod ipsam coram mundo abiectam (pauperculam nimirum & fabro despontatam) in matrem filij sui unigeniti elegenter, sicq; supra cunctas totius mundi mulieres (etiam sanctissimas)

IN EVANGEL. C

Aussimas) extulerit: adeo, ut & tun-
poribus ipsam pronunciatur: sint bea-
tum credentes Iudaei, sed & omnes totius or-
nes, quibus ex ipsa contigerit Seruator.

Poſte aquani vero illa ineffabilem Dei erga ſ
ertam munificentiā dignis laudibus extulit, fit
prophetissa, futuraq; p̄dicit. Dicit enim, miſe-
diam Domini non in ipſa duntaxat defiturat
& in alios quam latissimē propagandam: non i
deos tantum, ſed & in mundi totius nationes,
tempore, ad ultimum vſq; ſeculi huius diem: v
in non impoenitentes & incredulos, ſed in tui-
ipſum, in pœnitentes, & in filium tuum Iefu-
dentes. Iuxta illud Petri: Non eſt acceptio perſo-
rum apud Deum, ſed in omni gente quisquis timet
ſum, & operatur iuſtitiam, is acceptus eſt illi. Acta
10. Iam & in nos hæc Domini miſericordia opulent
effusa eſt. verū videamus, ut gratiſimus Marix ex-
emplo, vtq; ex animo timeamus ipſum. Alioqui enī
frustrā illa in nos propagata fuerit.

Cæterū audiamus porrò cauſam ſecundam, quō magis Maria magnificauerit Dominum, & in Deo ſeruatore ſuo exultarit: Fecit (inquit) potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente corduſ ſui. Depofuit po-
tentēs de fede, & exaltauit humiles. Efurſentes impleuit bonis, & dimiſit inaneſ. His verbis ſuminam illa Dei potentiam extollit. Etsi autem Deus ab ipſo mu-
di exordio omnibus temporibus exeruit mirabiliter potentiam ſuam, deiſciens ſcilicet huius mundi po-
tentēs, ſuperbosque & ſapiētes, exaltansque contrā huius mundi imbecilles, abieſtosque & ſtultos: Ma-
ria tamen hic non tam ad præterita, quām ad fu-
tura respexit, tametsi quaſi de præteritis loqui videa-
tur. Brachium Domini, filius Dei & Mariæ eſt, Iefus

, ostentes autem, superbosq; & diuites,
 a mundi huius tyrannos, sapientes, & iu-
 .os: Per imbecilles vero, humilesq; ac esurien-
 tie&os ac miteros peccatores intelligit. Hoc igi-
 nult dicere: Deus Pater per filium suum Iesum
 (in ego iam gesto in utero) mirandani potentia-
 eret, qui tamen humilis, & inermis apparebit,
 ana enim potentia, & auctoritate formidabi-
 abebunt filium meum pro imbecilli homuncu-
 sumq; & eius doctrina cœlestem extinguere ty-
 ide sua conabuntur: verum ille humilitate, &
 cillitate sua omnem illorum potentiam euer-
 eosq; éthronis suis in ima tartara præcipitabit.
 mana sapientia turgidi, & qui religionis arcem te-
 re videbuntur, pro stulto ac seductore habebunt
 num meum, ipsumq; irridebunt ac odio prosequen-
 ur: at ille cōtra verbo suo stulto ac despiciibili stul-
 am facturus omnem eorum sapientiam, & tāquam
 veræ religionis hostes, æternæ damnationi obnoxii-
 os declarabit. Diuites item tum opum fluxarū, tum
 iustitiae humanae, filium meum vt potè pauperem, &
 quibusuis calamitatibus pressum aspernabitur, nec
 proin ditescere, iustificariq; per ipsum volent: cate-
 xūm ille efficiet interim, vt neq; diuitiae terrenæ, ne-
 que fallo arrogatæ iustitiae quid eis salutis adferat,
 sed verè paupetes, impiosq; se in Dei iudicio esse sen-
 tiant. Atqui qui coram mundo & in oculis proprijs
 sunt imbecilles, hos filius meus rōbore fortissimo
 donabit, vt ne ipse quidem portæ inferorum valere
 aduersus eos possint: qui humiles sunt & abiecti co-
 ram mundo, eos ille sua benignitate extolleat: qui
 stulti coram mundo habentur, hos ille faciet sapien-
 tissimos: qui pauperes sunt & opibus & spiritu, eos il-
 le æternum dabit: qui coram mundo & in oculis

suis impij sunt, ipsos ille iustificabit: qui denique de proprijs meritis diffident & esurient gratiam Euangelicam. En, hæc Mariæ mens fuit, & sic rursum de rebus futuris tanquam præteritis prophetauit. Moneretur vero nos, ut ante omnia in imbecillius; stultorum, humilium, pauperum, & esurientium numero simus, quòd & ipsi euehamur per Dei brachium, filium Dei & Mariae, Iesum Christum.

Restat nunc tertia cauilla, ob quam Mariæ anima magnificauit Dominum, & spiritus eius exultauit in Deo salutari ipsis: *Kayyōn* (inquit) *Israël puerum suum, recordatus misericordie sua. Sicut locutus est ad patres* — *istro, Abraham et semini eius in secula. Hic laudat illa Domini veritatem seu fidem in promissis. Sæpe promiserat per prophetas, se pueru suo Israeli (hoc est, Iudeis) missurum liberatorem. Quia vero diu differebatur promissio illa, quod nondum scilicet temporis plenitudo venisset: et si pirs omnibus expectabatur, non deerant tamen qui de ea desperarent. Ut igitur consolaretur illos, istos autem diffidentes couinceret, seseq; adeò veraqem & constantein declararet: recordatus tandem est misericordia sua, quum venisset tempus miserendi, suscepitq; Israelem puerum suum, hoc est, misit Iudæis filium suum, seruatore mundi: Israelem inquam suscepit, non eos tantum qui ex Abraham nativerant secundum carnem, sed & quies secundum spiritum ex illo erant nati, hoc est, reliquias & credebat, siue Iudæi, siue Gentiles. Atq; sic & nos iam, qui & sicut sumus filii Abraham, per filium suum suscepit, liberavit, & saluavit Deus: ideoq; & nostratum cum primis partium erit, ut laudemus illum perpetuò, quemadmodū ob misericordiam & potentiam, ita & propter veritatem erga nos gratuito declarataim: erit vero & hoc no-*

strarum partium, ut tanta beneficia in nobis & constanti fide, & bonorum operum studio conseruare semper conenatur.

FERIIS D. CATHARINAE,
IN EPISTOLAM CONCIO.

*Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te
Deum seruatorem, &c. Ecl. L I.*

HVius Lectionis verba sapientissimus ille Israe-
litarum rex Solomon in diuinæ Sapientiæ en-
connum loquutus est. Sunt autem ob id hodiernæ
festiuitati peculiariter consecrata, quod & ipsa Ca-
tharina virgo, spreta mundana & vmbriali sapien-
tia, hanc vnam tanquam veram & omnia poten-
tem & elegerit & amauerit & exquisierit, atque adeò
tam mordicus tenuerit, vt ab ea neque minis neque
pollicitis, neque verberibus neque verbis, neque ro-
cis neque gladio potuerit auocari, sicq; suo declara-
uerit exemplo, verissimum esse, quod hic Solomon
dicit, nempe nialitiam non posse vincere Sapienti-
am, & hanc à fine usque ad finem attingere fortiter
& omnia disponere suauiter.

Cæterùni, ut & nos omnibus alijs posthabitis, in
huius vnius amorei & admirationem possimus &
citrùs & lubentius rapi, ipsa Lectionis verba parum-
per consideremus. Non arbitrabimur hic loqui So-
lonem de vulgari sapientia, quæ est affectio que-
dam animi circa diuinarum, humanarumq; rerum
cognitionem versans: sed hoc persuasum habebi-
mus, loqui illum de ea sapientia, quæ omnem sapi-
entiam transcendent, & à qua omnis sapientia velut
tinulus è fonte proficiscitur, nempe de ipsa Sapien-
tia Dei, quæ est filius Dei Iesus Christus seruator no-
strus. Hic enim iumma illa Dei sapientia est, in quo
omnes

omnes sapientia & scientia Dei thesauri reconditi sunt, qui & nobis à patre factus est sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio. 1. Corinth. 1. Colos. 1. Hunc non potuit, neque potest vincere malitia. Nā peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Esaiæ 53. 1. Pet. 2. Immō nec cillum eorum vñquā potuit malitia vincere, qui huic Sapientia adhæserunt, qui in hanc spei suę collocarunt ancoram. Sic enim ipsa dicit: Et portæ inferorum non præualebunt aduersus Ecclesiam meam. Et Paulus ait: Nihil damnationis illos manet, qui insiti sunt Christo Iesu. Nam si Deus pro nobis, quis contrā nos? Hic Iesus Christus à fine usq; ad finem attingit fortiter, & disponit. Quia ille est, per quem condita sunt vniuersa, visibilia pariter & inuisibilia: per ipsum omnia gubernantur & implentur. Coloss. 1. Ephes. 4. Hunc omnium Dominus dilexit. Ipse nanque Dei pater filius est charissimus, in quo sibi complacuit. In hoc voluit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare corporaliter, & reconciliari omnia erga se, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris. Hic sponsus ille est, quem omnes electi exquisierunt & amplexi sunt, cui & Paulus suos Corinthios desponsauit: Despondi (inquit Petrus) vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Hic doctor disciplinæ Dei, & elector operum illius. Nam ipse cœlestem doctrinam, voluntatemque patris ē cœlo attulit, & in nos aperte effudit. Verbum (inquit Petrus) misit Deus filij Israël, nuncians pacem per Iesum Christum: hic omnium Dominus est. Hic inuenit (ait Baruch) omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo & Israël seruo suo: post in terris visus & cum hominibus conueisatus. Et ipse Dominus: Omnia quæcumque audiri à patre meo, annunciaui yobis. Et ad patrem: Manife-

Iusti nomen tuum hominibus quos dedisti mihi in mundo. Verba quæ dedisti mihi, dedi eis: ego tradidi eis sermonem tuum.

Iam igitur hoc superest, ut quando ipse vera Sapientia sit, nos ab eo sapientiam postulemus: quando ipse victor sit malitie, sub iphis agamus praesidio: quando ipse omnia moderetur & gubernet, nos ipsum nostrum regem agnoscamus: quando ipsum Deus ipse diligat, & nos eum diligamus: quando ipse sponsus nostri sit, nos illi feruemus fidem: quando ipse deniq; doctor sit, ipsius doctrinam amplectamur, quum praesertim & patet cœlestis hoc vnicè exigit, dum inquit: Hunc audite.

FERIIS D. CATHARINAE, IN EVANGELIVM CONCIO PRIMA.

Simile fiet regnum caelorum decem virginibus, quæ summa pess lampadibus, &c. Matth. XXV.

IN hilice D. Catharinæ ferijs indifferenter Euangelium legitur vel de thesauro abscondito vel de decem virginibus, idq; utrumque non inconuenienter. Nam & thesaurum absconditum (Christum inquam seu gratiam Euangelicam) vnicè illa quæsivit, emisque, & una verè fuit ex virginum prudentium numero. Quia igitur anno superiori parabolam de thesauro illo abscondito declarauimus, nunc de decē virginibus parabolam explicare stat sententia. Quare surgite omnes, eamq; ex Euangelio audite.

Summa ac scopus totius huius similitudinis est, nondormitandum aut cessandum esse in vita hac, sed assiduo cultu pietatis & officij in proximum parandum nobis viaticum in vitam futuram, quod scilicet in resurrectione sero nimis quæsumus hoc ipsum

sum simus, nisi hic parauerimus naturè. Sed præcipuas parabolæ partes ordine expendemus, ad nostri doctrinam.

Principiò igitur, per decem virgines, omnes in genere Christiani intelliguntur: qui nimis dicuntur virgines, quod castitatem habeant veræ fidei, sintq; in baptismo despósati vni Christo: iuxta illud Pauli: Despondi vos vni viro, ut virginem castam exhibeatis Christo. 2. Corint. 11. Nam qui extra veram orthodoxamq; fidem agunt, Christumque vel ignorant vel abnegarunt, ij in scripturis non virginis sed meretrices, & adulteræ dicuntur: iuxta illud Osc. 4. Spiritus fornicationum decepit populum meum, & fornicati sunt à Deo suo.

Sponius autem, cui obuiam exierunt decem virgines, Christus est: cœu paulò ante ex Pauli verbis colliguit.

Per quinq; vero virgines prudentes, versus Christiani intelligendi veniunt: quemadmodum per fatuas Christiani adulterini.

Cæterum quod illæ omnes simul exijste Sponsus obuiam dicuntur, tam fatuæ inquam quam prudenter: inde nō obscurè colligitur, loqui hic Christianum de ijs præsertim Christianis, qui non minus prius ducunt cōuersationem, quam veram habent fidei confessionem: ita ut iuxta externam vitam, confessionemque, adulterini verisimiles sint. Nam qui ore Deum confitentur & factis interim negant, hoc est, qui mortuam habent fidem, ij ad infidelium album pertinent. Tit. 1.

Non igitur per lampades propriæ fides seu fidei confessio, sed opera externa bona intelligi debent.

Per oleum vero, charitas ex vera fide promanans, cōscientia bona & pura, ac recta ad Deum intentio, intelligenda est. Hæc em in Dei iudicio genuinos Chri-

153 — 8.1.1. 6.3. 8.1.1.
rianos à falsis discernunt, faciuntque externam nostram & confessionem & conuersationem Deo gratam: at sine ijs hypocritæ sumus, & coram Deo reprobî, quantumlibet alioqui insignis sit nostra fidei confessio, quamlibet in speciem speciosa sint nostra opera.

Iam sponsi tardatio, aduentus Christi ad iudicium extremum dilatio est: qui nimur in longum fert redditum suum, non (vt impij iudicant) quod iansurus omnino sit, sed ut longanimitate sua intret nos omnes ad poenitentiam ac æternum seruet,

1. Pet. 3.

Quod vero, quum tardaret Sponsus, virgines omnes dormitare coeperunt & dormierunt: per hoc defectus & mors significatur, quibus tam boni quam mali hoc in mundo obnoxij sunt. Nam secundum corpus, unus est omnium interitus: siue p̄i s̄int, siue impij: siue sapientes, siue stulti: siue docti, siue indotti, Eccles. 2.

Porrò autem clamor ille nocte intempesta, Sponsi præsentiam nuncians, & virgines à somno ad occurrentum illi excitans: tubam angelicam portentit, qua (eo tempore, quo nimur putabunt homines, mortui omnes in istu oculi excitabuntur ad vitam, ad iudiciumq; Christi sponsi citabuntur, iuxta illud Matth. 24. Tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis veniente in nubibus cœlicum virtute & gloria multa. Et mittet angelos suis cum tubæ voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorum usq; ad terminos eorum.

Quod vero in parabola sequitur, quemadmodū ex parte factæ virgines omnes adorat in lampades suas: eo portenditur, simulatq; mortui cœterre puluere euigi-

quigilauerint, consideraturum vnumquenq; opere sua quæ in vita mortali gessit. Nam de solis operibus tunc questio fiet. iuxta illud Matth. 16. Futurum est ut filius hominis veniat in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique iuxta facta ipsius. 2. Corinth. Apocal. 14.

Sed quod fatuæ virgines tandem tum se oleum non sumplisse fecerunt, ideoq; à reliquis petierunt illud: eo delineatur, quod dies Domini reuelaturus sit abscondita tenebrarum & cœlia cordium: quod inquam tum sint pœnitentia ante ævum vitæ tangendi hypocritæ & impij, sed sero nimis.

Quod autem sapientes denegarunt satuis olei suæ communicationem, illud vix sibi ipsis sufficere dixerunt: significat, in illo die nemini prodesse posse aliena merita aut suffragia, sed vnumquenque suum ipius onus portaturum: significat item, neminem piorum tunc suis consiliorum meritis, sed in consideratione rigidi iudicij Dei omnia sua opera pro insufficientibus habiturum, solaque diuina misericordia & gratuitis promissis nixurum.

Adhuc vero, quod sapientes relegarunt fatuas ironice ad olei venditores: eo notatur illorum fulntia ac securitas, qui in præsenti vita audiut adulatores spirituales, siccq; veram pietatem negligunt: cuiusmodi agentes sunt, qui alios ob externam iustitiam speciem beatificant, aut peccatoribus ex falsis indulgentiis remissionem & culpæ & pœnæ (citra etiæ omnem præcedentem pœnitentiam) pollicentur, aut in confessionibus (& præsertim in mortis hora) nimis largiter immensam Dei misericordiam inculcant, nulla interim iustitia diuina mentione habita. Quis hos inquam parasitos audierunt, si in iudicij die videbunt se miserrimè esse deceptos: iuxta illud Esa. 3,

Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt,
& viam gressuum tuorum dissipant.

Cæterum quodcum sponsus venisset, solæ paratæ virgines intrauerunt cum illo ad nuptias, clausaque mox est ianua. inde docemur, nemini obuenturum unquam cœlestium nuptiarum & gaudiorum consortium, nisi qui paratus sit, hoc est, in fide veram charitatem, innocentiamq; exercuerit, aut saltem per veram vitæ anteactæ poenitentiam in sanguine Iesu Christi remissionem omnium suorum peccatorum sit consecutus. Nam alterutrum adsit oportet.

Postremo vero, quod satuæ à venditoribus olei reuersæ inanes, quantumlibet & pullarint ostium, & apertioñem petierint, tulere tamen repulsam, nec intromissæ sunt: inde docemur, non solùm post ultimum absolutum Christi iudicium neminem posse saluari contra opinionem Origenicam, sed & irrationabilem prorsus ac vanam esse illorum fiduciā, qui citra vel veram pietatem vel seriam poenitentiam hoc in modo exercitam sperare audent gloriam regni cœlestis.

Ne quis autem hic latronem, & à suscepto Baptismo morientes nobis obijciat: dicimus, longè aliam in his & fuisse & esse rationem, quam in nobis. Latro enim morte prohibebatur seu impeditebatur, quod minus vitæ pietatem vrgere potuerit: & in eadem ratione ipsi etiam baptizati, si à suscepto baptismate mortiatur statim, excusantur: verum quum nos non statim à suscepto baptismino aut accepta iustificatione moriamur, vel piè viuamus, aut post peccatum ex animo resipiscamus oportet, vel nihil nobis salutis polliceri queamus.

Si igitur coronari cùpimus, certemus legitimè: si præoccupari velimus, vigilemus omni momento,

occur-

occurramusque sponso Christo cum lucentibus fin-
ceræ conscientiæ & honorum operum lampadibus.
Quum enim adfuerit ille, iam non erit amplius tem-
pus beneficiandi.

IN IDEM CONCIO SECUNDA.

IN hac parabola Euangelica proponit delineatq; anno 33
In nobis Dominus Iesus bisarios Christianos, hypo-
criticos scilicet & veros: nā vt rosq; sub decem virgin-
num nomēclatura intelligit. Virgines autem dicuntur
Christiani, quod Christo coelesti sponso in Ba-
ptismate desponsatisint, Sathanæq; & omnibus eius
operibus ac pompis renūcieruerint. Quemadmodum
quis virgo nascitur, sic & nos in Baptismate renasci-
mur spirituales virgines, hoc est, à peccatis & corpo-
re & spiritu puri: idq; in eum finem, vt virginitatem
huiusmodi nostram erga sponsum Christum illiba-
tam seruemus, hoc est, & in fide & in vita stabiles fin-
ceriq; simus. Hinc nimur & Paulus ad Corinthios
firos, quos per Baptismum & fidem Christo adduxer-
at, inquit: Desponsauit vos vni viro, vt virginem ca-
stam exhibeatis Christo, 1. Corin. ii. Hic vero cogi-
tet iam vnuſquisque nostrum, num etiam adhuc vir-
gines simus, num etiam fidem Christo sponso ser-
uauerimus. Certe si vel fornicati vel adulterati fu-
mus, hoc est, vel in hæresim vel in impiam vitam in-
cidimus, adeo non sumus Christiani, vt ne inter hypocriticos quidem Christianos numerari simus di-
gni: nam vt ut hi hypocritæ sunt, virgines tamen ad-
huc sunt, si non internè, externè saltem. Quod vero
hæreticis opinionibus depravati & impiam vitam a-
gentes, non sint in Christianorum albo: id vel hinc
colligi potest, quod virgines illæ omnes pariter spō-
fo exiit.

so exiere obuiam: nam Christo obuiam exire, est, in
vera fide & vita pietate laborare, progredi, & perse-
uerare Ephe. 4. Philipp. 3. Tit. 2. Tineamus igitur, &
circumspecti simus.

Sed consideremus iam, quur Dominus Christia-
nos decem virginibus tam exerte compararit. Via
Domini, per quam nos oportet Christo ire obuiam,
est via Dei mandatorum. Psalm. 118. Mandata autem
decem sunt numero, ut omnes scitis. Comparantur
igitur Christiani virginibus decem, ut admonea-
mur, decem præceptorum à nobis exigunt obserua-
tione: quemadmodum & Matth. 19. Dominus ait: Si
vis vitam ingredi, serua mandata. Porro mandato-
rum (ut & hoc addamus interim) summa est, fides in
Deum, & charitas tuu in Deum tum in proximum.
Hæc iam in genere de Christianis dicta sunt. Nunc
vero descendamus ad species. Decem illarum virgi-
num quinque fuere prudentes, & quinque fatuæ: Sic
nimis etiam & Christianorunt quidam sunt veri, qui
dā contrā hypocritici. Habuere virgines singulæ lan-
pades, at non omnes oleum. Per lampades autem in-
telliguntur commode, externa fidei confessio, & ex-
terna bona opera: Per vero oleum, fides & charitas
intelligi debent. Sic ergo omnes Christiani externè
quidem fidem confitentur & bona opera exercent,
verum non omnes fidem etiam cordis habent ac ex
charitatis ductu bonis incumbunt operibus. Sunt
itaq; iij gnehi Christiani, qui & ore fidem cōfidentur
& corde etiam fidem fouent, ac quorum opera bona
ex vera fide & charitate proueniunt: Contrā hypo-
critici sunt, qui fidem ore duntaxat profitentur &
externè operantur, veritate fidei & charitatis inte-
rim vacui. Hinc iam colligere possumus, verine
Christiani nos, an adulterini simus. In summa: Non
externa

externa fidei confessio, nec externa bona opera veros à falsis discernunt, nam utriq; his insigniti sunt: verum sola fides cordis & charitas alteros ab alteris distinguit. Si ergo veri Christiani esse volumus, ante omnia & vera fide & vera charitate praediti esse studeamus: sic enim ulti & confessio & externa opera sequuntur.

Cæterum dormitatio illa, qua virgines omnes propter sponsoram correptæ sunt, mortem significat corporalem: nam omnibus semel moriendum est, siue sint veri siue hypocritici, siue boni, siue malii. Hebr. 9. Eccles. 2. At clamor in media nocte, aduentum repentinum Domini ad iudicium significati quoadmodum enim fur in nocte, ita veniet. 1. Thes. 4. Et sal. 5. Et clamor præsertim, tubam denotat Archangeli, suscitantem omnes ad vitam. 1. Thes. 4. nam statim sequitur: Tunc surrexerunt omnes virgines illæ. Ibi prudentes ornauerunt incenderuntque lampades suas, fatigæ vero ob olei carentiam lampades non potuerunt incendere: hoc est, quandiu in mortali vita sumus, latet qui veri sint Christiani, qui contraria adulterini: at ut ventum erit ad iudicium, ibi omnia abscondita reuelabuntur. 1. Corin. 4. Tum enim iusti fulgebunt ut sol. Matth. 13. In iusti vero & hypocritæ videbunt & se & sua opera meras esse tenebras. Ibi demum petent oleum, hoc est, tangentur poenitentia, volent aliter actum, at sero. Nam virgines paratae introierunt cum sponso ad nuptias, verum fatigæ præclusæ sunt fores: hoc est, veri Christiani subeuntur à CHRISTO in regnum cœlestis. 1. Thes. 4. At hypocritæ & impiorum conscientur in tenebras exteriores. Matth. 13. 24. ibunt in ignem æternum. 25.

Quum igitur ita res habeat, aliter (monaco) vitam nostram

nostram instituamus, vigilemus, exeamus Christo
obuiam, habeamus oleum vñà cum lampadibus,
prædicti inquam simus & fide & charitate. Si illi Chri-
stiani non saluabuntur, qui tum externè & fidem ca-
tholicam professi sunt & bonis operibus incubue-
runt: quid de illis fieri, qui nihil neque internè neq;
externè quid boni egerunt? Vigilemus ergo, submi-
nistreous in fide virtutem, in virtute scientiam, in
scientia temperantiam, in temperantia patien-
tiā, in patientia pietatem, in pietate
fraternam charitatem, in fra-
ternitatis charitate
dilectionem.

2. Pet. 1.

FINIS.

Laus Deo soli semper.

INDEX



INDEX EPISTOLA-

RVM ET EVANGELIORVM
DE SANCTIS,

PARTIS AESTIVS LIS.


Epistolarum.		Euangeliorum.	
Fer. Phil. & Iacob.	1	Fer. Phil. & Iacob.	9
Fer. inuentæ Cruc.	15	Fer. inuent. Cruc.	20
Fer. D. Joan. Bapt.	30	Fer. D. Ioan. Bapt.	36
Fer. Petri & Pauli	43	Fer. Petri & Pauli	49
Fer. Visitat. Mar.	58	Fer. Visitat. Mar.	67
Fer. Mar. Magdal.	77	Fer. Mar. Magdal.	83
Fer. D. Jacob.	90	Fer. D. Jacob.	94
Fer. D. Anne matr.	101	Fer. D. Annæ matr.	113
Fer. D. Pet. advinc.	118	Fer. D. Pet. ad vinc.	123
Fer. D. Laurentij	130	Fer. D. Laurentij	134
Fer. Assum. Mariæ	139	Fer. Assum. Mariæ	145
Fer. D. Bartholom.	151	Fer. D. Bartholom.	156
Fer. Decollat. Ioan.	161	Fer. Decollat. Ioan.	163
Fer. Natiuit. Mar.	170	Fer. Natiuit. Mar.	177
Fer. D. Matthæi	184	Fer. D. Matthæi	191
Fer. D. Michaelis	200	Fer. D. Michaelis	206
Fer. Sim. & Iudæ	213	Fer. Sim. & Iudæ	218
Fer. omn. Sanctor.	221	Fer. omn. Sanctor.	226
Fer. D. Martini	234	Fer. D. Martini	237
Fer. Præsent. Mar.	244	Fer. Præsent. Mar.	252
Fer. D. Catharinæ	258	Fer. D. Catharinæ	260

FINIS.











Progetto n. 28 - Segnatura N. I. 28
Notizie sul restauro effettuato nell'anno 2001
dal Laboratorio PROTEO S.r.l.
Bibliotecario conservatore: Padre ROCCO
BENVENUTO

Sintesi delle operazioni effettuate:

- Spolveratura, controllo della numerazione e numerazione a matita delle carte che ne sono prive.
- Smontaggio della coperta, pulitura a secco con pennellesse morbide, e gommatura con gomma pane, scucitura.
- Lavaggio per immersione in acqua tiepida, deacidificazione per immersione in soluzione acquosa di bicarbonato di calcio, ricollatura mediante spennellatura in superficie con Tylose MH 300p al 2% in soluzione acquosa.
- Sutura di tagli e lacerazioni con carta velina (N. 25502 Vangerow), risarcimento delle parti mancanti con doppia toppa di carta giapponese (N. 632381 Japico) e adesivo adatto (Tylose MH 300p al 3% in soluzione acquosa), rinforzo della piega centrale dei bifogli con strisce di carta velina, spianamento dei fogli.
- Ricomposizione dei fascicoli e del blocco del libro

